




LIBRARY
UNIVERSITY
TORONTO









CAESARIANA SYNTAXIS

QUATENUS A CICERONIANA DIFFERAT

LL
C1283
YLe

CAESARIANA SYNTAXIS

QUATENUS A CICERONIANA DIFFERAT

THESIM

FACULTATI LITTERARUM UNIVERSITATIS PARISIENSIS
PROPONEBAT

IULIUS LEBRETON

~~58190~~
~~610102~~

PARIS
LIBRAIRIE HACHETTE ET Cie
79, BOULEVARD SAINT-GERMAIN, 79
1901

MEMORIAE

R. P. A. PLATEL

PROOEMIUM

Cum sermonis Latini disciplina Ciceroniano usu praecipue et Caesariano contineatur, inter utrumque quid commune esset, saepe investigatum est, quid autem interesset, minus. Evidem id mihi non sumo, ut non modo profiteri, verum etiam arbitrari audeam viros doctos adhuc non intellexisse, quanto discriminé a Cicerone Caesar separetur, cum praesertim multis in rebus multi acute animadverterint, quantopere inter se discrepant. Nam, ut hoc uno domestico exemplo contentus sim, si quis eum indicem evolverit, quem libro suo de syntaxi Riemann adiunxit, facile intelleget doctum illum virum, quid Caesaris maxime proprium esset, et acute investigasse et dilucide conscripsisse. Alii etiam non pauci, in primisque Schmalz, Landgraf, Constans, Heynacher, Lange, in ea re magna arte et scientia elaboraverunt.

Cum tamen minus sibi quaerendum proponerent, quo intervallo nostri distarent, sed potius, quid ex utroque aut etiam ex altero ad latinitatem expromi posset, non pauca animadversione digna, sed a proposito suo aliena praetermisserunt, cetera autem, quaecumque notaverunt, ea non in unum collecta, sed passim dispersa tradiderunt. Ita factum est, ut ceteri quidem aequales Ciceronis, Sallustius, Hirtius, Pollio, Caelius, Vatinius, Sulpicius, Cornelius, Brutus, quantum a Ciceroniano usu recesserint, cognitum habeamus (1). Caesar vero quid proprium habeat ac singulare, minus commode ex dispersis notis possimus colligere.

Non nullis etiam rebus notandis grammatici, cum eas strictius ac leviter perstringerent, minorem forsitan curam adhibuerint, ita ut formam dicendi apud alterum deprehensam alteri interdum temere negasse videantur.

(1) Qui libri de his omnibus conscripti sint, vide apud Schmalz, *tat. Syntax.* p. 204, 205.

Etenim, ut iam eius rei exempla proferam, in sententiis consecutivis perfectum subiunctivi post praeterita tempora usurpatum esse a Caesare aliquando, a Cicerone numquam contendit Riemann *Syntaxe*, p. 333 (1); Constans autem vocem *omnem* ad vim verbi *totius* apud Caesarem saepe accedere, apud Ciceronem autem non solere arbitratur (2).

Ea, quibus plura similia dicere possum, notare volui, non ut viros doctissimos reprehenderem, unde longe absum, sed ut perspicuum facerem, quantae tenebrae his grammaticis quaestionibus essent offusae. Eae autem ut discutiantur, permulti elaborent necesse est, nec enim res est parvi laboris nec paucorum annorum singulos Latinos scriptores ita perscrutari, ut quae cuique cum aliis intercedat ratio, elucere possit; nec tamen ante poterit totius latinitatis historia conseribi, quam praecipuorum scriptorum genus dicendi penitus erit investigatum.

Omnes autem inter scriptores Latinos cum nulli in rebus grammaticis maiorem obtinent auctoritatem quam Cicero et Caesar, tum nulli sunt, qui inter se similiores esse videantur. Uterque enim ratione atque analogia tamquam obrussa utens, consuetudinem emendare conatus est (3), ut ipse testatur Cicero in Bruto, ubi etiam mutuae voluntatis atque iudicij tam insigne nobis testimonium reliquit. Quamvis tamen simili cura uterque se a multitudinis consuetudine vitiisque abstraxerit, non mirandum est, si ad bene loquendi laudem diversis paululum viis tetenderunt. Ubi cumque enim nulla publica auctoritas viget, quae omnes ad unam quasi formam flectat et accommodet, ibi iam ad suum quisque iudicium aut arbitrium genus dicendi sibi fingit, nec fieri potest, ut ea in re omnium iudicia consentiant. Quid autem eo tempore discriminis inter singulos scriptores interfuerit, facile intellegeat, quicumque lecto Caesare ad Hirtium perget. Quanquam igitur Cicero a Caesare multo minus quam Hirtius discrepat, non parvo tamen intervallo ab eo disiunc-

(1) Inter Ciceroniana exempla, quae sexcenta sunt, unum aut alterum referre satis erit: « pridie Idus cum Appius senatum infrequentem coëgisset, tantum fuit frigus, ut *coactus sit* nos dimittere. » Quint. fr. 2. 10. 1. « Inclusum senatum habuerunt ita multis dies, ut *interierint* non nulli fame. » Att. 6. 2. 8. Cf. « inclusum senatum obserderat, ut fame senatores quinque *morerentur*. » Att. 6. 1. 6. « Milonis domum prid. Id. Nov. incendere ita conatus est, ut palam cum scutis homines *adduxerit*. » Att. 4. 3. 3, etc. Plura exempla enumeravi in altera thesi, *Etudes sur la langue et la grammaire de Cicéron*, cap. V, § 2.

(2) V. infra, cap. II, § 3.

(3) Cf. Riemann, *Syntaxe*, p. 2.

tus est, cum praesertim utriusque domestica consuetudo, institutio, studia diversa fuerint, cum etiam dissimillimiis de rebus scripserint.

In eorum autem generibus dicendi perscrutandis, non id intendo, ut de singulis rebus inquiram; non enim integrum Caesaris syntaxim conseribere volo, neandum Ciceronis temporem; illud tantum investigo, quid inter utrumque fuerit discriminis: plurimas igitur sententiarum formas praetermitto, quae apud eos simillimae fuerunt. In ceteris etiam exentiendis, nullum certum finem mihi proponam; alii Caesarem ad ceterorum historicorum latinitatem iam inclinare arbitrati sunt, alii ad cotidianum sermonem proprius accedere, alii ad comicorum consuetudinem se accommodare; ex his omnibus iudiciis nullum impugnare, nullum defendere aggredior; id unum persequo, ut in singulis rebus, quantum Caesar differat a Cicerone, inquiram; hoc autem opus cum absolvero, tum, ut potero, exutiam, quid priscum atque antiquum Caesarianus sermo, quid contra quasi Livianum iam sonare videatur.

INDEX LIBRORUM QUI INFRA LAUDANTUR.

N. B. Hic non intendo omnes libros indicare, quibuscumque usus sum, nedum omnes enumerare temporem, qui ad utriusque scriptoris syntaxim cognoscendam usui esse possunt; editiones hic referre omitto et commentarios, qui in periodicis prodierunt.

ANTOINE. *De Casuum syntaxi Vergiliana.* Paris, Klincksieck, 1882.

ANTON. *Studien zur lateinischen Grammatik und Stilistik.* I (2^{te} Auflage), Erfurt, Villaret, 1869; III, Naumburg a. S., Schirmer, 1891.

BERGER. *Stylistique latine*, traduite par F. Gache et S. Piquet, nouv. édition, Paris, Klincksieck, 1890.

BRENOUS. *Etude sur les hellénismes dans la syntaxe latine.* Paris, Klincksieck, 1895.

BOTTEK. *Die ursprüngliche Bedeutung des Conjunctions in lateinischen Nebensätzen.* I. Theil. Wien, Holder, 1899.

CLAIRIN. *Du génitif latin et de la préposition de.* Paris, Vieweg, 1880.

CONSTANS. *De Sermone Sallustiano.* Paris, Vieweg, 1880.

- CONSTANS. *Etude sur la langue de Tacite*. Paris, Delagrave, 1893.
- DAHL. *Die lateinische Partikel ut*. Kristiania, Grondahl, 1882.
- DEECKE. *Beiträge zur Auffassung der lateinischen Infinitiv-, Gerundial-, und Supinumkonstruktionen*. Mülhausen, Wenz, 1890.
- DETLEFSEN. *Quam und seine Zusammensetzungen*. Glückstadt, Augustin, 1900, pr. nr. 296.
- DITTMAR. *Studien zur lateinischen Moduslehre*. Leipzig, Teubner, 1897.
- DRAEGER. *Historische Syntax der lateinischen Sprache*. 2^{te} Auflage, Leipzig, Teubner, 1878, 1881.
- ELIAS. *Vor- und Gleichzeitigkeit bei Caesar*. Berlin, Gärtner, 1893, pr. nr. 61.
- FINALY. *De usu infinitivi apud Caesarem*. Kolozsvár, Kovács, 1894.
- FISCHER. *Die Rectionslehre bei Caesar*, pr. Halle, 1853, 1854.
- FRESE. *Beiträge zur Beurteilung der Sprache Caesars mit besonderer Berücksichtigung des bellum civile*. München, 1900.
- FROELICH. *Adverbialsätze in Caesars B. Gall. V-VII*. Berlin, Gärtner, 1894, pr. nr. 95; 1896, pr. nr. 94.
- GEORGES. *Ausführliches lateinisch-deutsches Handwörterbuch*. Leipzig, Hahn, 1879, 1880.
- GËLZER. *Etude lexicographique et grammaticale de la latinité de saint Jérôme*. Paris, Hachette, 1884.
- GUTSCHE. *De interrogationibus obliquis apud Ciceronem observationes selectae*. Halis Saxonum, Schmidt, 1885.
- HALE. *Die Cum-Konstruktionen*, übersetzt von A. Neitzert. Leipzig, Teubner, 1891.
- HAND. *Tursellinus, seu de particulis latinis commentarius*. Lipsiae, Weidmann, 1829, 1832, 1836, 1845.
- HELLMUTH. *De sermonis proprietatibus quae in prioribus Ciceronis orationibus inveniuntur*. Erlangae, Deichert, 1877.
- HEYNACHER. *Was ergiebt sich aus dem Sprachgebrauch Caesars im Bellum Gallicum für die Behandlung der lateinischen Syntax in der Schule?* 2^{te} Auflage, Berlin, Weidmann, 1886.
- HOFFMANN. *Die Construction der lateinischen Zeitpartikeln*. 2^{te} Auflage, Wien, Gerold, 1873.
- HOLTZE. *Syntaxis priscorum scriptorum latinorum usque ad Terentium*. Lipsiae, Holtze, 1861, 1862.

- HOLTZE. *Syntaxis Lucretianae lineamenta*. Lipsiae, Holtze, 1868.
- KOSSAK. *Observationes de ablative, qui dicitur absolutus, usu apud Caesarem*. pr. Gumbinnen, Krauseneck, 1858.
- KREBS-SCHMALZ. *Antibarbarus der lateinischen Sprache*. 6^{te} Auflage. Basel, Schwabe, 1886, 1888.
- KUEHNAST. *Die Hauptpunkte der livianischen Syntax*. Berlin, Weber, 1872.
- KUEHNER. *Ausführliche Grammatik der lateinischen Sprache*. Hannover, Hahn, 1877, 1878, 1879.
- LANDGRAF. *De Ciceronis elocutione in orationibus pro P. Quintio et pro Sex. Roscio Amerino conspicua*. Wireburgi, Stuber, 1878.
- LANDGRAF. *Untersuchungen zu Caesar und seinen Fortsetzern*. Erlangen, Deichert, 1888.
- LANDGRAF. *Beiträge zur historischen Syntax der lateinischen Sprache*. München, Kutzner, 1899.
- LEHMANN. *De verborum compositorum, quae apud Sallustium, Caesarem, Livium, Tacitum leguntur, cum dativo strutura*. pr. Leobschütz, 1884.
- LEWIS-SHORT. *A latin dictionary*. Oxford, Clarendon Press, 1880.
- LUPUS. *Der Sprachgebrauch des Cornelius Nepos*. Berlin, Weidmann, 1876.
- MENGE. *Ueber das Relativum in der Sprache Caesars*. Halle a. S. Druck der Buchdruckerei des Waisenhauses, 1889, pr. nr. 222.
- MENGE-PREUSS. *Lexicon Caesarianum*. Lipsiae, Teubner, 1890.
- MERGUET. *Lexikon zu den Reden des Cicero*. Iena, Dufst, 1877; Fischer, 1880, 1882, 1884.
- MERGUET. *Lexikon zu den philosophischen Schriften Cicero's*. Iena, Fischer, 1887, 1892, 1894.
- NEUE-WAGENER. *Formenlehre der lateinischen Sprache*. I, 2^{te} Auflage, 1877; II, III, 3^{te} Auflage, 1892, 1897. Berlin, Calvary.
- PASCAL. *Dizionario dell'uso Ciceroniano*. Torino, Loescher, 1899.
- PLOCHMANN. *Caesars Sprachgebrauch in Bezug auf die Syntax der Casus*. Schweinfurt, Reichardt, 1891.
- POPPLER. *Esse mit einem prädiktativen Adverbium bei Sallust und Caesar*. pr. Bielitz, 1891.
- PROCKSCH. *Gebrauch der Nebensätze bei Caesar*. Bautzen, Rühl, 1870.

- PROCKSCH. *Die Consecutio temporum bei Caesar*. Leipzig, Teubner, 1874.
- REINHARDT. *Ueber die Lehre von den Tempora und Modi bei Caesar*. Heilbronn, Schall, 1859.
- REISIG-HAASE. *Vorlesungen über lateinische Sprachwissenschaft*. Berlin, Calvary, 1888, 1890, 1888.
- RIEMANN. *Etudes sur la langue et la grammaire de Tite-Live*. 2^e édition, Paris, Thorin, 1885.
- RIEMANN. *Syntaxe latine*. 4^e édition revue par P. Lejay, Paris, Klincksieck, 1900.
- RIEMANN-GÖLZER. *Grammaire comparée du grec et du latin. Syntaxe*. Paris, Colin, 1897.
- SCHMALZ. *Lateinische Syntax (Handbuch der klassischen Altertumswissenschaft von I. Müller, II^{er} Band 2. Abteilung)*. 3^{te} Auflage, München, Beck, 1900.
- SCHMALZ. *Ueber den Sprachgebrauch des Asinius Pollio (Festschrift zur XXVI. Versammlung deutscher Philologen zu Karlsruhe)*. Karlsruhe, Braun, 1882.
- SNELLMAN. *De gerundiis orationum Ciceronis*. Helsingforsiae, Simel, 1894.
- STINNER. *De eo, quo Cicero in epistolis usus est, sermone*. Oppeln, Franck, 1879.
- STURM. *Ueber iterative Satzgefüge im Lateinischen*. pr. Speier, Jäger, 1891.
- UHDOLPH. *Ueber die Tempora in konjunktivischen Nebensätzen der Oratio obliqua bei Caesar*. Leobschütz, Gomolka, 1885, pr. nr. 175.
- WANIA. *Das Praesens historicum in Caesars Bellum Gallicum*. Wien, Pichler, 1885.
- WEISE. *Les caractères de la langue latine* (trad. Antoine). Paris, Klincksieck, 1896.
- WOELFFLIN. *Lateinische und romanische Komparation*. Erlangen, Deichert, 1879.
- Nota. Locos Caesaris et Ciceronis, nisi quid contra monuero, semper ita referam, ut leguntur in eis editionibus :
- C. Iulii Caesaris *Belli Gallici libri VII*. Recensuit apparatu critico instruxit Henricus Meusel. Berolini, Weber, MDCCXCIV.
- C. Iulii Caesaris *Belli Civilis libri III*. Recensuit Alfred Holder. Lipsiae, Teubner, MDCCCLXXXVIII.

M. Tullii Ciceronis *Scripta quae manserunt omnia recognovit*
 C. F. W. Mueller. Lipsiae, Teubner. Partis I vol. I, 1883; vol. II,
 1893 (utrumque recognovit G. Friedrich). Partis II vol. I, 1891;
 vol. II, 1885; vol. III, 1886. Partis III vol. I, 1896; vol. II, 1898.
 Partis IV vol. I, 1889; vol. II, 1890; vol. III, 1879.

Locos autem, brevitatis causa, eis signis indicabo:

	LIBRI CAESARIS.		LIBRI CICERONIS.	
B. C.	<i>De Bello civili.</i>	Lic.	<i>Pro Liucio.</i>	
B. G.	<i>De Bello Gallico.</i>	Mar.	<i>Pro Marcello.</i>	
		Mil.	<i>Pro Milone.</i>	
		Mor.	<i>Pro Mure.</i>	
		Nat. d.	<i>De natura deorum.</i>	
		Off.	<i>De offens.</i>	
		Opt. gen.	<i>De optimo genere animalium.</i>	
		Or.	<i>Orator.</i>	
Ac.	<i>Academica.</i>	De Or.	<i>De oratione.</i>	
Ag.	<i>De lege agraria.</i>	Par.	<i>Paradoxa.</i>	
Ar.	<i>Pro Archia.</i>	Part. cr.	<i>Prætibilia et cetera.</i>	
Att.	<i>Ad Atticum.</i>	Phil.	<i>Philippique.</i>	
Bal.	<i>Pro Balbo.</i>	Pis.	<i>In Pisonem.</i>	
Brut.	<i>Brutus.</i>	Plane.	<i>Pro Plancto.</i>	
Ad Brut.	<i>Ad Brutum.</i>	Pro c. cons.	<i>De Proconsulatus consulatus.</i>	
Cæc.	<i>Pro Cæcina.</i>	Quinc.	<i>Pro Quinciano.</i>	
Cael.	<i>Pro Caelio.</i>	Quint. fr.	<i>De quinto fratre.</i>	
Cat.	<i>In Catilinam.</i>	Quir.	<i>Pro secessu vel Quiribus.</i>	
Cat. M.	<i>Cato maior de senectute.</i>	Rab. Post.	<i>Pro Rabero P. statu.</i>	
Cla.	<i>Pro Cluentio.</i>	C. Rab.	<i>Pro C. Rabior.</i>	
Dei.	<i>Pro Rege Divitio.</i>	Rep.	<i>De re publica.</i>	
Div.	<i>De divinatione.</i>	Rose.	<i>Pro Sex. Roscio Amerino.</i>	
Div. Cæc.	<i>Dormitor in Cæcilium.</i>	Q. Rose.	<i>Pro Q. Roseo amato.</i>	
Dom.	<i>De domo sua.</i>	Scaur.	<i>Pro Scauro.</i>	
Fam.	<i>Ad familiare.</i>	In Sen.	<i>Pro sennatum in senatu.</i>	
Fat.	<i>De fato.</i>	Sul.	<i>Pro Sulla.</i>	
Fin.	<i>De finibus.</i>	Tim.	<i>Timosthenes.</i>	
Flacc.	<i>Pro Flacco.</i>	Top.	<i>Lepidus.</i>	
Font.	<i>Pro Fonteio.</i>	Tul.	<i>Pro Tullio.</i>	
Fr.	<i>Fragmenta.</i>	Tuse.	<i>Tusculanæ disputationes.</i>	
Imp. Pomp.	<i>De imperio Cn. Pomper.</i>	Vat.	<i>In Vatinianis.</i>	
Inv.	<i>De inventione.</i>	Ver. a. p.	<i>In Verrem actio I.</i>	
Læ.	<i>Laelius de amicitia.</i>	Ver.	<i>In Verrem actio II.</i>	
Leg.	<i>De legibus.</i>			

Nota. — Locos Ciceronianos numeris, non capitibus indicabo.



CAPUT I

DE NOMINUM USU

§ 1. — Casuum syntaxis.

In casuum usu eo mihi Cicero et Caesar videntur maxime inter se discrepare, quod, ubi Cicero praepositionem nomini solet adiungere, ibi saepe Caesar nudum casum usurpat; nam apud eum et post non nulla verba composita accusativus aut dativus, nulla repetita praepositione, occurrit, et post multa verba eiciendi aut excludendi, quibus apud Ciceronem comitari solet praepositio *ab* vel *et*, ablativus sine praepositione invenitur. Huc etiam pertinet ablativus saepius adhibitus vel ad causam vel ad finem temporis significandum, ubi Cicero libentius *propter* vel *post* usurpare solet.

Ad hoc praecipuum discrimen si non nullos usus ablativi, qui apud Ciceronem numquam aut certe raro, apud Caesarem vero saepius occurunt, adiecerō, id mihi videbor absolvisse, quod in casuum syntaxi maxime erat animadvertisendum.

I. ACCUSATIVUS GUM VERBIS COMPOSITIS (1).

ADNO. Milites, qui aut gratia aut misericordia valerent, aut *metus ad natum* possent. B. C. II. 44. 1. Hoe solum exemplum accusativi apud Caesarem invenitur, praepositionis vero nullum: apud Ciceronem autem nonnumquam occurrit accusativus, praepositio semel: ut *ad eam urbem*, quam incolas, possit *admire*. Rep. 2. 9.

ASCENDO. Accusativus duodecies (2), praepositio numquam a Caesare

1 Cf. Fischer, *Reaktionstheorie*, I, p. 3, spp.

2 *Tugum*, B. G. I. 21. 2; *montem*, B. C. I. 47. 3, I. 79. 2; *murus*, B. G. VII. 27. 2 VII. 47. 7 (bis), VII. 50. 3, B. C. I. 28. 4, III. 11. 3; *ripas*, B. G. II. 27. 3; *vallum*, B. G. V. 26. 3, V. 43. 3.

usurpata est, cum apud Ciceronem multo plura praepositionis sint exempla quam accusativi (1).

EGREDIOR. Germani *munitio[n]es nostras egressi* compluribus interfectis sese ad suos incolumes receperunt. B. C. III. 32. 2.

Hoc exemplum unicum est apud Caesarem; quod enim alterum antea laudabatur (*provinciae fines egressum*. B. G. I. 44. 7.) nunc ad optimos codices correctum est (*finibus egressum* : α ; *fines ingressum* : β). Ciceronianum autem nullum est simile. Id denique est animadvertisendum, quod iure notavit O. Riemann (2), verbum *egrediendi* cum accusativo coniunctum, vim exeundi numquam, semper autem transgrediendi habere.

INRUMPO. Ne sub ipsa profectione milites *oppidum inrumperent*. B. C. I. 27. 3. Aegre sunt retenti, quin *oppidum* (3) *inrumperent*. B. C. II. 13. 4. Domum eius *inrumpere* conatus. B. C. III. 111. 1. Hic accusativus numquam a Cicerone usurpatus est, semper autem praepositio, quae etiam apud Caesarem saepius occurrit (*in castra*. B. G. IV. 14. 3, VI. 37. 1, B. C. III. 9. 6; *in castellum*. B. C. III. 67. 5; *in hostes*. B. G. VII. 50. 5; *in oppidum*. B. G. VII. 70. 6; *in urbem*. B. C. II. 12. 4).

TRADUCO, TRAICIO, TRANSPORTO. Post ea verba, duplex accusativus et rei et loci saepe a Caesare usurpatitur :

Ut... *Hiberum copias traducerent*. B. C. I. 65. 4. *Exercitum Ligerim traducit*. B. G. VII. 41. 9. *Funditores pontem traducit*. B. G. II. 40. 1, cf. I. 12. 2, II. 5. 4; B. C. I. 61. 6, III. 76. 1; B. G. I. 31. 16, II. 4. 1. *Equitum partem flumen traiecit*. B. C. I. 55. 1, cf. I. 83. 5. *Milites flumen transportat*. B. C. I. 54. 3; cf. B. G. IV. 16. 6.

Huius duplicitis ablativi nullum exemplum Ciceronianum novi; semel autem apud Brutum invenitur : *si se Alpes Antonius traiecerit* (Fam. 11. 9. 2), saepius apud Plancum : *Cum Isaram flumen... exercitum traduxisset* (Fam. 19. 21. 2), *exercitum Rhodanum traieci* (Fam. 10. 9. 3), *cum Rhodanum copias traiecerisset* (Fam. 10. 11. 1).

II. DATIVUS CUM VERBIS COMPOSITIS (4).

APPROPINQUO. Cum hoc verbo, propria et locali, quae dicitur, significatio usurpato, Cicero numquam, quod sciam (5), Caesar semper dativo

(1) Ut ea sola exempla proferam, quae in orationibus inveniuntur vel in libris philosophicis, sexies occurrit accusativus (Font. 4, Mur. 55, Clu. 450, Div. 1. 38, Div. 1. 124, Off. 2. 62), praepositio autem quater et decies (*ad* : Dei. 27; *in* : Rose. 83, Ver. 4. 31, Clu. 440, Sul. 5, Dom. 75, Pis. fr. 6, Phil. 3. 20, Mil. 97, Div. 1. 54, Tusc. 1. 111, Lae. 88, Fin. 2. 74, Cat. M. 34).

(2) Etudes, p. 264 : « Aucun auteur latin n'a jamais construit ces verbes à l'accusatif, lorsqu'ils sont pris dans le sens de sortir... Au contraire *egredi* chez César, Salluste, Tite-Live, *excedere* chez Salluste et Tite-Live, *exire* chez Térence sont transitifs dans le sens de « dépasser, franchir » ».

(3) Baumstark et Holder : *in oppidum*.

(4) Cf. Fischer, *Rectionslehre*, I. p. 49 et 22; Lehmann, *De verborum compositorum, quae apud Sallustium, Caesarem, Livium, Tacitum leguntur, cum dativo structura*. Hoc autem alterum opusculum legere non potui.

(5) Semel usurpavit *ad* : *Qui ad summam aquam iam appropinquent*. Fin. 4. 64. cf. Landgraf, *Beiträge*, p. 34.

yum conjunxit : *Uticue appropinquare*, B. C. II. 38. 4; *Hessalute*, B. C. III. 80. 4; *Oceano*, B. G. IV. 10. 1; *Britanniae*, B. G. IV. 28. 2; *finibus Belloracorum*, B. G. II. 10. 3; *locis*, B. C. I. 79. 1; *urbi*, B. G. II. 7. 3; *muro portisque*, B. G. VII. 47. 3; *muro*, B. G. VII. 18. 1; *moenibus*, B. G. VII. 22. 3; *maris*, B. G. II. 31. 1; *castris*, B. G. VI. 37. 2, B. C. III. 63. 1, III. 88. 1; *munitionibus*, B. G. VII. 82. 4, B. C. III. 70. 1; *nostris*, B. C. III. 24. 2; *nostris*, B. C. III. 26. 2; *hostibus*, B. G. II. 19. 2, IV. 25. 6.

CONUNGO (1). Apud Ciceronem dativus post hoc verbum (2) non occurrit, nisi tralatice significacione necessitudinis : *Tibi, cui me studia communias... coniunxerant*. Fam. 43. 11. 2.

Apud Caesarem, latius patet usus dative : *Vacem submersit et huic alteram coniunxit*. B. C. III. 39. 2. *Properans noctem diei coniunxerat*. B. C. III. 13. 2.

IMMITTO. Dative unum est exemplum Caesarianum, nullum novi Ciceronianum : *Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset*. B. C. II. 40. 6.

INCEDO. *Magnus omnium incessit timor animis*. B. C. II. 29. 1. *Exercitui omni tautus incessit... dolor*. B. C. III. 74. 2. Apud Ciceronem nullum est simile exemplum.

INDUCO. *Se ipsi acutissimus vallis inducebant*. B. G. VII. 73. 4. *Se stimulis inopinantes inducebant*. B. G. VII. 82. 1. Cicero dativum numquam, semper autem praepositionem usurpavit, v. g. : *Videte, in quo se laqueos induerit*. Ver. 2. 102.

INSISTO. Cum dative hoc verbum propria significacione usurpatum a Caesaris coniunctum est semel, a Cicerone numquam : *Ut, cum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent*. B. G. II. 27. 3. Cf. contra : *Insistebat in mortuā Cereris simulacrum Victoriae*. Ver. 4. 110, etc.

III. ABLATIVUS CUM VERBIS *amovendi*, *eiciendi*, *exeundi* (3).

Ex his verbis, non pauca sunt, quibus ablativum sine ulla praepositione Caesar, praepositionem autem Cicerone coniunxit. Quae dum numero, ea etiam adiciam, quibus apud Caesarem saepius quam apud Ciceronem ablativus subiectus est : in illis autem omnia Ciceroniania exempla, quae novero, proferam.

ABSTRAHO. (*Pompeium*) *frumento ac commatu abstractum*. B. C. III. 78. 3.

ABSUM. *Is locus aberat noris Pompei castris circiter passos quingentes*. B. C. III. 67. 1. *Toto abessent bello*. B. G. VII. 63. 7. Cf. *a bello*. B. G. VI. 14. 1.

(1) Verbum *communicari* in hunc numerum non reponit dative enim, in quibus duobus locis occurrit, ex alio verbo, non ex verbo *communicari* potest : *quod habreditur neque... communicatur*. B. G. VI. 43. 7; *flos dolores patet*; *et inquit* *neque... communicatur*. B. G. VI. 23. 9.

(2) De verbo hic agitur, non de particípio: saepissime enim constructus cum adjectivum habet significacionem, cum dative conetur.

(3) Cf. Fischer, *Rectionslehre*, I. p. 37.

Apud Ciceronem semel occurrit ablativus : *patria*. Tusc. 3. 106 (1).

AVERTO. *Concilio destitit atque eo itinere sese avertit.* B. C. III. 21. 3.

DECIDO. *Si qui graviore vulnere accepto equò deciderat.* B. G. I. 48. 6.

DEICIO. *Muro turribusque deiecti.* B. G. VII. 28. 1. *Nostri... deiecti sunt loco.* B. G. VII. 51. 1.

Apud Ciceronem, post verbum *deiciendi*, propria significatione usurpatum, nullus usurpatur ablativus, nisi nominum urbium, v. g. : *Claterna*. Phil. 8. 6.

DEPONO. *Neque iumentis onera deponunt.* B. C. I. 80. 2.

EDUCO. *Copias castris eduxerunt.* B. G. I. 51. 2, cf. IV. 43. 6 ; B. C. I. 66. 1, I. 68. 1.

Apud Ciceronem, unum est exemplum ablativi : *castris*. Phil. 14. 36. Ceteris locis, praepositio usurpatur.

EGREDIOR. *Castris egressi.* B. G. II. 41. 1; *finibus*. B. G. I. 44. 7; *nari*. B. G. IV. 21. 9; *navibus*. B. G. IV. 24. 1.

ERUMPO. *Neque, ne quo loco erumperent Pompeiani... timebant.* B. C. III. 44. 4. Hoc exemplum parum certum est, cum verba *ne quo*, in codicibus corrupta, per coniecturam sint restituta.

EXCEDO. *Acie.* B. C. II. 41. 7, III. 94. 5; *finibus*. B. G. IV. 18. 4, VII. 77. 14; *Gallia*. B. G. VII. 66. 3; *Italia*. B. C. I. 27. 2, II. 32. 3; *loco*. B. C. I. 31. 3, I. 44. 2, III. 43. 4, III. 66. 7, III. 93. 6; *locis*. B. C. I. 61. 2; *oppido*. B. G. VII. 78. 1; *proelio*. B. G. III. 4. 3, IV. 42. 6, VII. 80. 3; *provinciis*. B. C. I. 85. 12; *pugna*. B. G. V. 36. 3, B. C. II. 7. 4.

Cicero ablativum loci semel usurpavit : *urbe*. Ad Brut. 4. 15. 5 (2), saepius autem *vita et corpore*.

EXEO. *Nemo erat... quin statim castris exeundum putaret.* B. C. I. 69. 3 (3).

EXPONO. *Navibus expositi (codd. expositis) in aversos nostros impetum fecerunt.* B. C. III. 63. 8. *Naribus milites exposuit.* B. C. III. 411. 6.

EXUO. *Armis.* B. G. III. 6. 3, V. 51. 3; *impedimentis*. B. G. VII. 14. 8, VII. 42. 6. Cf. contra : *Hominem exuens ex homine*. Fin. 5. 35.

FUGIO. *Otacilius sibi timens oppido fugit et ad Pompeium pervenit.* B. C. III. 29. 1. Hug (4) *huc inserit ex.*

INTERCLUDO. *Hibero.* B. C. I. 68. 3; *itinere et Ligeri*. B. G. VII. 59. 1; *itinere*. B. C. II. 20. 1, 7; *exitu et pabulatione*. B. G. VII. 44. 4; *commeatis*. B. G. III. 23. 6; *frumento*. B. G. I. 48. 2, B. C. I. 61. 2; *reditu*. B. G. IV. 30. 2; *re frumentaria*. B. G. I. 23. 3, B. C. I. 72. 4.

(1) Cf. F. Kramer, *Archiv für lateinische Lexicographie*, VII, p. 147, *Absum*, ubi alia exempla laudantur, sed aliena a nostro proposito (*Roma. Leg. 2. 2: domo, Or. 146: domo et foro. Fam. 4. 6. 2*). Alii loci emendati sunt, v. g. : *abest (ab) officio*. Off. 1. 43; *(ab) eius villa abesseamus*. Ae. 1. 1. Cf. du Mesnil, *De legibus*, p. 49; Reid, *Academica*, p. 86.

(2) Apud Pollionem legitur : *Finibus meae provinciae nusquam excessi*. Fam. 40. 32. 3; quo de loco Schmalz : « Wir ersehen, inquit, dass diese Wendung dem Cicero ferne steht, dagegen von den Historikern mit Vorliebe kultiviert werde. » (Asinius Pollio, p. 85v).

(3) Legebatur olim apud Ciceronem *exire aere alieno* (Phil. 11. 13); Müller autem : *emergere ex aere alieno*; v. eius adnotationem ad hunc locum vexatissimum.

(4) *Jahrbücher für Philologie*, XCI, p. 709; ei assensi sunt Nipperdey, Hoffmann, Dinter, Holder, Kübler; lectionem codicum servaverunt Hofmann et Dübner.

Apud Ciceronem, multo rarius; *commentarij reliqui copia*, Att. 7, 9, 2.

PRAEPIPO. *Sara noctibus...* promovet p[ro]p[ter]eū p[er]missio m[er]ito I (in insu-
culum devolvunt, B. C. II, 11, 1. A pedum missione [2] = in foveam p[re]p[er]cipitabant, B. C. III, 69, 3. M[er]ito 3) p[re]cipitabatur, B. G. VII, 30, 3.

TRANSEO. *Ne Germani sas fratibus [4] in Helvetiam p[re]ies transirebant*, B. G. I, 28, 4.

IV. ABLATIVUS CAUSAES.

Apud Ciceronem praepositione *propter*, aut rarius *ob* causa
solet significari 5; apud historicos vero, Sallustium 6), Livium 7),
Tacitum (8), eadem vi ablativus saepius usurpatur. Huius autem
usus vestigia iam in Caesaris commentariis non ita rara possunt
deprehendi 9; ea ut persequar, causam *a* qui quid accidit,
b) qua quis ad agendum impellatur, quam saepe Caesar ablativo
significaverit, investigabo; his autem Caesarianis exemplis Cice-
roniana, quae potero, conferam.

1) Causa significatur, qua quid accidit (10):

Tanta erat horum *exercitatione* celeritas, ut.... B. G. I, 38, 7. Ut... *con-*
tinuatione imbrim sub pellibus contineri non possent. B. G. III, 29, 2. Illi *diligentia nostrorum* nihil his relatis profici posse intellexerunt. B. G. III, 21, 3. Sperans *temeritate eorum* fore aliquam dimicandi fa-
cultatem. B. G. VI, 7, 4. *Longingua obsidione* fames esset timenda. B. G.
V, 29, 7. Quae non *munitio[n]e* sint a periculo tuta. B. G. VII, 14, 9. Nostris vires *lassitudine* deficiebant. B. C. II, 41, 7. Linguae Gallicae
scientiam, qua... Ariovistus *longingua consuetudine* utebatur. B. G. I,
47, 4. Cum vires eum *lassitudine* defecissent. B. C. III, 99, 5. Ignis *ma-*
gnitudine venti serperet. B. C. III, 101, 5. *Mores religione* spoliuni
nactum illum effugere nollebat. B. G. V, 38, 4. Non *matoria nullitu-*
dine arborum deficere poterat. B. C. II, 37, 6. Caesar veritus ne militum
introitu et nocturni temporis licentia oppidum diriperetur. B. C. I, 21, 2.

1) Paul. Kübler: *de mero*; vodd., Hölder, Hofmann: *anmerk.*

2) Oehler, Kübler Holder add. *de*; Nipperdov., Hofmann, H. Thiele, Dübner, Tondt add. *ex*.

3) *z.* Nipperdov., Kraemer-Dittendorfer (2), Tondt: *de mero*; 2. Schmid: *Ex*; 1. Dübner, Meusel: *de mero*.

4) Meusel add. *ex*.

5) Riemann, p. 133; Riemann-Gelzer, p. 229.

6) Constance, *De Sarmatae Sibillinae* p. 116.

7) Kühnast, p. 161, 164; Riemann, Tite-Live, livres XXI et XXII, n. 83; livres XXIII-XXV, n. 108; livres XXVI-XXX, n. 87.

8) Constance, *Etatio sue in Insulae et Terrae p[ro]p[ter]eū dissertatio* in p[ro]positis numeris v. Antoine, *De cassiane summis frumentis*, p. 106.

9) Cf. Schmalz, *Lac. Sibille*, p. 248.

10) Huc non refero multos ablativos nominum verbiū, ut *in* *co[n]cessione* of-
ferentia, *accessu*, *coeritu*, etc., neque etiam nominis affectus *quibusdam* *causa*
misericordia, etc.

Multitudo insolens belli *diuturnitate otii*. B. C. II. 36. 4. Quae naves *imprudentia aut tempestate suo cursu* decesserunt. B. C. III. 112. 3. Fontes *aestibus* exarescebant. B. C. III. 49. 4.

Quibus cum exemplis si Ciceroniana conferas, haec multo pauciora esse quam illa reperias, cum praesertim summam scriptorum Caesaris Ciceronis operum moles facile decies aequet :

Res parum est intellecta *longitudine* magis, quam *obscuritate narrationis*. Inv. 1. 29. Istis vestris *lacrimis* de illis recordor, quas pro me profundistis. Plane. 104. Magnis *occupationibus* eius (Caesaris) aditus ad eum difficiliores fuerunt. Fam. 6. 13. 3. Qui (*animus Reguli*) *tot virtutum praesidio tantoque comitatu capi* non potuit. Par. 16. Aut *officiis debitibus* aut *rerum necessitatibus* saepe eveniet, ut.... Fin. 1. 33 (1). Aliis ego te *virtutibus* consulatu... dignissimum iudicavi. Mur. 23. *Tempestate* classem amisit. Nat. d. 2. 7. *Tua luxurie* classis a praedonibus capta est. Ver. 5. 137. *Inimicorum calumnia* triennio tardius, quam debuerat, triumphavit. Ac. 2. 3. His mihi *rebus* levis est senectus. Cat. M. 85 (2).

2) Causa significatur, qua quis ad agendum impellitur :

Neque nunc se *illorum humilitate* neque *aliqua temporis opportunitate* postulare, quibus rebus opes augeantur suae. B. C. I. 83. 5. Datur pe-tentibus *venia*, dissuadente primo Vercingetorige, post concedente et *precibus ipsorum et misericordia vulgi*. B. G. VII. 15. 6.. Ne *communi odio Germanorum* innocentes pro nocentibus poenas pendant. B. G. VI. 9. 7. Hunc cum *reliquis rebus* locum probabat, tum quod... B. G. VI. 32. 5. Ostendit cives Romanos, qui *eius praesidii fiducia* una erant. B. G. VII. 38. 9. Satis esse magna utrumque incommoda accepta... ut reliquos casus timerent : illum Italia expulsum amissa Sicilia et Sardinia... se *morte Curionis et detimento Africani exercitus*. B. C. III. 10. 4, 5. Neque certum... an *inopia navium* ibi restitisset. B. C. I. 25. 3.

Ciceroniana autem exempla ea sunt fere, quae proferre possim :

Me in Pompeianum non abdidi, primum *tempestatibus*, quibus nihil tetrius, deinde... Att. 16. 11. 6. Cum omnes significant se *beneficio novo memoriam veteris doloris abiecisse*. Phil. 1. 30. Causa dicta est. *Temporum* magis ego nunc *vitiis* quam *genere iudicii* plura dicam : est enim haec saeculi quaedam macula virtuti invidere. Bal. 15. Regale civitatis genus *non tam regni quam regis vitiis repudiatum* est. Leg. 3. 15. Dolor in maximis malis ducitur cum *sua asperitate*, tum quod... Leg. 1. 31 (3). Gubernatoris ars *utilitate*, non *arte laudatur*. Fin. 1. 42 (4).

(1) V. Madvigii annotationem p. 73.

(2) Cf. *Oratorum aut interitu aut discessu aut fuga...* primas agebat Hortensius. Brut. 308. In hoc loco, *fuga* usurpatum est per concinnitatem post *interitu et discessu*.

(3) V. annotationem A. du Mesnil, p. 42.

(4) Huc non adicio neque *merito alicuius*, quae locutio apud omnes saepissime occurrit, neque etiam eos ablativos, qui cum alio ablativo coniuncti per concinnitatem usurpantur, v. g. : *Certamen instituit non pertinacia aut studio vincendi... sed earum rerum obscuritate*. Ac. 1. 44; cf. Part. or. 50, Rep. 2. 53.

V. ABLATIVUS TEMPORIS CUM PRONOMINE RELATIVO CONIUNCTUS.

Ab omnibus scriptoribus latini ablativo saepissime significatur, in quibus finibus temporis aliquid factum sit [1]. Ei autem ablativo si pronomen relativum ablativum adiunxeris, ea vis est totius sententiae, ut intellegatur, quanto temporis intervallo altera res alteri successerit; ita sit, ut eius ablativi eadem fere sit sententia, ac si cum praepositione *post* coniunctus esset. Hac autem in re si Caesar et Cicero inter se conferuntur, ille ablativum reperitur fere semper usurpasse, praepositionem semel, hic vero ablativum non numquam, praepositionem autem multo saepius.

1) Exempla ablativi.

a) Caesariana (2) :

Oppidum... paucis diebus, quibus eo ventum erat, expugnatum cognoverant. B. G. III. 23. 2. *Diebus V, quibus* materia copta erat compatri [3], omni opere effecto exercitus traducitur. B. G. IV. 18. 1. *Diebus* circiter *XV, quibus* in hiberna ventum est, initium... defectionis ortum est. B. G. V. 26. 1. *V primis diebus, quibus* haberi senatus potuit... gravissime acerbissimeque decernitur. B. C. I. 5. 4. Accedit repentinum incommodum *hunc, quo* haec gesta sunt. B. C. I. 48. 1. *Hoc acti diebus XL, quibus* in conspectum adversariorum venit Caesar. B. C. II. 32. 5.

b) Ciceroniana :

Quadriduo, quo haec gesta sunt, res ad Chrysogonum... defertur. Rose. 20. *Quadriduo, quo is occisus est, Chrysogono nuntiatur.* Rose. 105. *Paucis diebus, quibus* illo colonia deducta est, perspici... potuit. Ag. 2. 92 (4).

2) Exempla praepositionis.

a) Caesarianum :

Pace confirmata post diem quartum, quam est in Britanniam ventum B. G. IV. 28. 1.

b) Ciceroniana :

Post diem tertium gesta res est, quam dixerat. Mil. 44. *Venerunt post diem quadragesimum et sertum, quam a vobis discesserant.* Fam. 16. 21. 1. *Tertio die post, quam in curia... floruisset.* Cael. 39. *Undecimo die*

[1] V. Riemann Goetzer, § 472.

[2] Cf. Fischer, *Rectionslehre*, I, p. 51.

[3] Cf. *diebus AAA, a qua die* materia cressi est. B. C. I. 36. 3.

[4] Huc non refero duos locos *diebus V, quibus*. Sest. 129. AAA. *diebus... quibus*. Fam. 3. 20. 7), in quibus *post* usurpare per sententiam non licet.

post, quam a te discesseram. Att. 12. 1. 1. Habonio opus in acceptum rettulit quadriennio post, quam diem operi dixerat. Ver. 1. 149. Signum Iovis biennio post, quam erat locatum, in Capitolio collocabatur. Div. 2. 46. Centum et octo annis post, quam Lyceurgus leges scribere instituit. Rep. 2. 48. Ut... L. Flamininum e senatu eicerem septem annis post, quam consul fuisse. Cat. M. 42. Quem cum Pompeius paucis post diebus, quam Luca discesserat, convenisset... Fam. 4. 9. 9, etc.

VI. ABLATIVUS ABSOLUTUS.

A. — *Nomen sententiae ablativae subiectum in proximo enuntiatio vel expressum est vel intellectum.*

A plerisque grammaticis constitui solet ablativum absolutum non ita posse usurpari, ut, quod nomen sententiae ablativae subiectum sit, idem in sententia proxima expressum sit. Eam regulam si ad usum Caesarianum referas, minime certam esse reperias atque absolutam legem (1) ; neque etiam ipse Cicero ab eius observantia interdum deflectere veritus est, quamquam non eodem pacto atque Caesar ei omnem fidem abrogavit ; utriusque igitur exempla proferam, ut iudicari possit, quo intervallo inter se distent.

1) Exempla Caesariana (2) :

Convocatis eorum principibus... graviter eos accusat. B. G. I. 46. 5. Capti monte et succendentibus nostris Boi et Tulingi... ex itinere nostros adgressi circumvenire... cooperunt. B. G. I. 25. 6. Occupato oppido ibi praesidium conlocat. B. G. I. 38. 7. Convocato consilio omniumque ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus vehementer eos incusavit. B. G. I. 40. 1. Diuturnitate belli defatigatis Gallis... desperantes iam de pugna et dispersos... viciisse. B. G. I. 40. 8. Commodissimum esse statuit omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios milites legionis X. imponere. B. G. I. 42. 5. Committendum non putabat, ut pulsis hostibus dici posset eos ab se per fidem in conloquio circumventos. B. G. I. 46. 3. Munitis castris duas legiones ibi reliquit. B. G. I. 49. 5. Is se praesente de se ter sortibus consultum dicebat. B. G. I. 53. 7. Cum diversis legionibus aliae alia in parte hostibus resisterent (3). B. G. II. 22. 1. Turribus autem excitatis tamen has altitudo puppium ex barbaris navibus superabat. B. G. III. 14. 4 (4). Quin etiam iumentis... importa-

(1) « Cet emploi du participe absolu est particulièrement fréquent chez César, et les exemples qu'on en trouve ne peuvent pas toujours être justifiés par la raison donnée ci-dessus. Mais cet emploi peut-il être considéré comme une incorrection véritable ? C'est une question délicate, parce qu'en fait cette construction est bien plus fréquente qu'on ne le croit généralement. » Riemann-Götzler, p. 702, n. 2.

(2) Cf. Kossak, *De Ablativi... usu*, p. 1-7; G. Lange, *über einen besondern Gebrauch des abl. abs. bei Caesar. Neue Jahrbücher*, 1893, p. 189-209; Reinhardt, *Tempora und Modi*, p. 38; Fischer, *Rectionslehre*, II, p. 4.

(3) Sic scriptum legitur in omnibus codicibus ; fere omnes tamen a Ciacc. edd. : *diversae legiones* ; Benoist-Dosson : *diversis legionibus*.

(4) Cf. Dosson, adnot.

tis his (1) non utuntur. B. G. IV. 2. 2. *Nihil timentibus nostris*... impetu facto celeriter *nostros* perturbaverunt. B. G. IV. 12. 1. *Quibus quodlibet...* eos domum remittit. B. G. IV. 21. 6. Quem ipse *Atrahitibus superatis* regem *ibi* constituerat. B. G. IV. 21. 7. *Principibus Treverorum* ad se *convocatis* hos singillatim Gingetorigi conciliavit. B. G. V. 4. 3. *Porteritis nostris per medios* audacissime perruperunt. B. G. V. 14. 4. *Quo percusso et exanimato hunc scutis protegunt hostes.* B. G. V. 14. 6. *Interfecto Indutiomaro*, ut docuimus, ad eius propinquos a Treveris im perium defertur. B. G. VI. 2. 2. *Obsidias imperatis* hos Haeduii custodiendos tradit. B. G. VI. 4. 4. *Cavetas equitum milibus VIII et* peditum circiter *CCCL* haec in Haeduorum finibus recensebantur. B. G. VII. 76. 3. *Quibus navibus effectis armatisque...* adductisque Massiliam is D. Brutum praeficit. B. C. I. 36. 5. *Is*, qui processerant, ab equi tibus correptis fit ab *his* certior Caesar. B. C. I. 66. 1. *Inopinantibus hostibus* machinatione navalii phalangis subiectis ad turrem *hostium* admovent. B. C. II. 10. 7. (*Civitas*) *deductis tribus in arcem oppidi cohortibus* a Varrone praesidio per se *cohortes* eiecit. B. C. II. 19. 4. Ex castris *Varronis adstante et inspectante ipso* signa sustulit. B. C. II. 20. 4. Dictatore habente comitia *Caesare consules creantur Julius Caesar* et P. Servilius. B. C. III. 1. 1. *Ligneis effectis turribus his sese munierunt.* B. C. III. 9. 3. Trans flumen *positis castris eo copias omnes auxiliaque* conduxit. B. C. III. 13. 6. Clam nuntiis ad Milonem missis... atque *eo* in Italiam evocato... sibi coniunxit atque *eum* in Thurinum... praemisit. B. C. III. 21. 4. Sylla a Caesare castris relictus *liberatis suis hoc fuit contentus.* B. C. III. 31. 5. *Sento ad eum relato* Scaevae centurionis in vento sunt in *eo* foramina CXX. B. C. III. 53. 4. *Hi cognitis omnibus rebus...* haec ad Pompeium *omnia detulerant.* B. C. III. 61. 3. *Primis oppressis reliqui per horum corpora salutem sibi...* parabant. B. C. III. 69. 3. Caesar *Pompeianis ex fuga intra vallum compulsis nullum spatium perterritis dari oportere existimans.* B. C. III. 93. 1.

His locis ei etiam sunt addendi, ubi neque ipsum nomen repetitur neque eius loco pronomen aut adverbium, sed obiecti tamen vicem gerit in primaria sententia ita ut, quamquam non sit expressum, intellegatur tamen.

Legatis tribunisque militum convocatis, quae fieri vellet, ostendit monuitque, ut... B. G. IV. 23. 5 (2). *Conlaudatis militibus...* quid fieri velit, ostendit. B. G. V. 2. 3. *Tribunis militum primisque ordinibus convocatis*, quid sui sit consilii, proponit. B. G. VI. 7. 8. *Magno coacto numero* ex finitimis civitatibus in omnes partes dimittit. B. G. VI. 43. 1. *Convocatis suis clientibus facile incendit.* B. G. VII. 4. 1. *Legionibus* in occulto *expeditis* cohortatus. B. G. VII. 27. 2. *Concilio convocato* consolatus cohortatusque est. B. G. VII. 29. 1. *Concilio convocato* cohortatus. B. G. VII. 60. 1. *Convocatis ad consilium praefectis equitum venisse tempus victoriae* demonstrat. B. G. VII. 66. 3. Utrimeque clamore sublatu excepit rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. B. G. VII. 88. 2. *Concilio*

1 *Importatus his*: z; *importatis*: ź. Menseel. V. Lange. — *haec*

2 In hac sententia et similibus iure contendit G. Lange. (v. *lud.* p. 201) *length* non dativum esse, sed ablativum absolutum.

convocato id bellum se suscepisse... demonstrat. B. G. VII, 89. 1. *Litteris Caesaris consulibus redditis aegre impetratum est...* ut in senatu recitarentur. B. C. I. 1. 1.

2 Cum his Caesarianis exemplis ea fere sunt, quae Ciceroniana conferre possim :

Nihil suspicantibus nobis repentinae in nos iudices consedistis. Sul. 92. Sese hoc incolumi non arbitratur huius innocentis patrimonium posse obtinere, damnato et electo sperat se posse. Rose. 6 (1). Tribulibus enim iudicibus non modo severitatem illorum... sed ne vultum quidem ferre possemus. Planc. 45. Nemo erit... qui credat te invito provinciam tibi esse decretam. Phil. 11. 23. Teque Alexandrinum bellum gerente utilitatibus tuis paruit. Dei. 13. Recusare ne... cognitio illo absente de eius existimatione constitueretur. Ver. 2. 60. Fuit adsiduus *mecum praetore me*. Cael. 10. *Me restituto vivit mecum simul exemplum fidei publicae*. Sest. 50. Statim *me perculso ad meum sanguinem hauriendum*, et spirante etiam *re publica ad eius spolia detrahenda advolaverunt*. Sest. 54 (2). Multa *me consule a me scripta recitasti*. Div. 2. 54. Cum *convocationis auditoribus legeret eis*. Brut. 191. Quae de *me* etiam *me tacente loquerentur* viverentque mortuo. Brut. 330. Qui nec *te consule tuum sapientissimum consilium secutus esset*. Fam. 4. 9. 2. *Quibuscum exercebar ipsis lubentibus*. Brut. 313. Mihi aut te interfecto cum consulibus aut *te vivo et tecum* et cum illis armis decertandum fuit. Dom. 91. *Me libente eripies mihi* hunc errorem. Att. 10. 4. 6. Cum sit necesse aut haberi *Caesaris rationem illo exercitum... obtinente* aut haberi comitia sine *illius ratione illo paciente*. Att. 7. 9. 2. Neque se iam velle *absente se rationem haberi suam*. Fam. 16. 12. 3. *Hoc causam dicente cum ipsius tabulae circumferrentur*. Bal. 41.

Nunc vero, si inquirimus, qua causa impulsus uterque scriptor participio absoluto uti maluerit quam coniuncto, reperiemus interdum concinnitatem esse quaesitam, ut in hoc loco Roscianae : *sese hoc incolumi non arbitratur posse obtinere... damnato et electo sperat se posse* (Rose. 6), cf. Dom. 91 ; non numquam autem perspicuitatem : *iumentis importatis his non utuntur*; ex hac enim sententia si *his tollatur*, continuo intellegatur nulla iumenta importari (3) ; saepissime tamen ea una videtur esse causa, quod participii absoluti maior est vis et gravitas quam coniuncti; si verbi causa haec duo exempla inter se contuleris : *cum sit necesse haberi Caesaris rationem illo exercitum obtinente* (Att. 7. 9. 2) et *si non obtinet, ut ratio habeatur retinentis exercitum* (ib. 3), animadvertis in priore sententia elucere, quantopere haec duo inter

1 Rechte G. Landgraf p. 140 : « An unserer Stelle ist diese Sonderung des ablat. absol. von Hauptsatz durch den Gegensatz *damnato et electo* gefordert. »

2 In hoc exemplo iure animadvertis Kühner (p. 592) et Riemann-Gölzer (p. 702, n. 1) non potuisse dici *ad meum perculsi sanguinem*.

(3) Cf. G. Lange, *loc. laud.*

se repugnant et consulatum petere et exercitum obtinere, id autem in altera sententia obscurari.

B. — *De ablativis absolutis, ubi adiectum praedicti locum obtinet* [1].

Raro ablativum absolutum ita usurpari, ut, nullo participio, adiectum praedicti locum obtineat, Riemann post Grysar docet (2). Non nulla tamen adiectiva excipit, quae eo loco interdum occurant : *hic, ille, nullus, tantus, tot, adversus, consensu, frequens, imprudens, incertus, incolumis, integer, incitus, nescius, propitius, recens, reliquias, salveus, secundus, superstes, vicius*; superlativa denique adiectiva et comparativa et ea, quae cum adverbio *tam* coniuncta sint, saepius sic usurpari suspicuntur.

Haec regula Ciceronianis exemplis comprobatur, ex quibus paucis sunt, quae ei repugnant. Caesar autem eo ablativo liberius est usus, quam ut eius dicendi genus etiam hac in re in Ciceronianam formam possis includere.

Eos igitur locos proferam, qui cum Othonis Riemann lege non congruunt; ceteris etiam eos adnumerabo, in quibus sive *incertus* sive superlativum adiectivum aut comparativum usurpatur; haec enim omnia ea una de causa mihi videtur Riemann excepisse, quod apud Caesarem occurrerent; Ciceronianum enim unum laudat exemplum, cetera omnia Caesariana. Cum igitur id mihi propositum sit, ut, quid inter utrumque scriptorem sit discriminis, investigem, non alienum mihi videtur ea exempla excutere, quae, etsi grammaticae legi non repugnant, a Ciceronis tamen consuetudine videntur recedere :

Eos (obsides) in continentem adduci iussit, quod *propinquas de sequi noctii infirmis naribus* hiemi navigationem subiciendam non existimabat. B. G. IV. 36. 2. Alteri *non magnis facultatibus*, quod civitas erat exigua et infirma, celeriter, quod habuerunt, consumpserunt. B. G. VII. 17. 2. Si maturius ex hibernis educeret, ne ab re frumentarie *dures subrectionibus* laboraret. B. G. VII. 10. 1. Parvis renonum tegimenti utuntur *magna corporis parte nuda*. B. G. VI. 21. 3. Cum a meridie prope ad solis occasum *dubia Victoria pugnaretur*. B. G. VII. 80. 6. Summa erat rasto atque *aperto mari, magnis aestibus, raris ac prope nullis portibus* difficultas navigandi. B. G. III. 12. 5. Hoc opus deformis immo est *alteris trahibus ac saxis*. B. G. VII. 23. 3. *Incerto etiam nunc exitu Victoriae* legionem ostenderunt signaque intulerunt. B. G. VII. 02. 6. Reliquos *incertis ordinibus* perturbaverant. B. G. IV. 32. 3. Vos *incerta*

[1] Cf. Kossak, p. 12-13.

[2] Riemann, 142; Riemann-Götzler, 700.

victoria Caesarem secuti. B. C. II. 32. 6. Quibus rebus perfectum est, ut *altissimis fluminibus* atque *impeditissimis itineribus* nullum acciperet incommodum. B. C. III. 77. 2. Queritur sese projectum ac proditum a Cn. Pompeio, qui *omnibus rebus imparatissimis* non necessarium bellum suscepisset. B. C. I. 30. 5. Habendam Fortunae gratiam... quod duas Hispanias bellicosissimorum hominum *peritissimis* atque *exercitatissimis ducibus* pacavissent. B. C. III. 73. 3. Eo consilio *florentissimis rebus* domos suas Helvetii reliquissent. B. G. I. 30. 2. Cum hostes acrius inslarent *languidioribus nostris vallum scindere*... coepissent. B. G. III. 5. 1. Erat difficile eodem tempore *rapidissimo flumine* opera perficere et tela vitare. B. C. I. 50. 3. Durius cotidie tempus ad transportandum *lenioribus ventis* expectabant. B. C. III. 23. 2. Ubi neutri transeundi initium faciunt, *secundiore equitum proelio nostris Caesar* suos in castra reduxit. B. G. II. 9. 2. *Cupidissimis omnibus progressus* milia passuum XXV, agmen Haeduorum conspicatur. B. G. VII. 40. 4.

Illi omnibus exemplis ea duo videntur addenda :

Si quid accidat Romanis, summam in spem per Helvetios regni obtinendi venire : *imperio populi Romani* non modo de regno, sed etiam de ea, quam habeat, gratia desperare. B. G. I. 48. 9 (= *imperante populo Romano*). Qui minus facile eam rem *imperio nostro* consequi poterant. B. G. II. 1. 4.

Hace fere sunt Caesariana exempla ; Ciceroniani autem loci non ita multi sunt, qui huc conferri possint :

Cum viderent illos amplissimam pecuniam possidere, hunc in summa mendicitate esse... *eo perspicuo* crimen et suspicionem potius ad praedam adiungerent quam ad egestatem. Rose. 86 (1). Augebat molestiam quod *magna sapientium civium penuria* vir egregius... triste nobis desiderium reliquerat. Brut. 2. Quos quidem ego ambo unice diligo, sed *in Marcum benevolentia pari* hoc magis sum Publio deditus, quod... Fam. 5. 8. 4. Mirum videri solet, quod, qui *tranquillo mari* gubernare se negent posse... iidem ad gubernacula se accessu profiteantur excitatis maximis fluctibus. Rep. 1. 11. Aquam... belle sane fluentem vidi, prae-*sertim maxima siccitate*. Quint. fr. 3. 4. 1. Inter ipsos homines nonne et *simillimi formis* dispare mores et *moribus simillimi figura* dissimilis? Nat. d. 1. 98. Qui e ludo atque pueritiae disciplinis *bello maximo* atque *acerrimis hostibus* ad patris exercitum... profectus est. Imp. Pomp. 28.

VII. SPATIUM TEMPORIS ABLATIVO SIGNIFICATUM.

Quamdiu aliquid duraverit, accusativo significari solet, non numquam tamen ea sententia ablativus usurpatur, non quod utriusque casus eadem vis sit, sed quia ablativus ex finibus temporis, quos

(1) « Cic. kennt sonst diesen freieren Gebrauch eines Adjektivs in Ablat. abs. nicht. » (Landgraf ad h. l.). Hellmuth (p. 62) : « Hace scriptura *eo perspicuo* a Puteano profecta est... hac ratione Ciceroni tale genus dicendi adjudicatur, quale vix ullo in alio loco eius librorum inveniatur. » Cf. *Vorlesungen*, n. 390, a.

proprie definit, ad ipsum temporis spatium significandum proelii habitur; apud Ciceronem tamen et Caesarem id est summopere animadvertisendum, quod a plerisque grammaticis pretermisso video, quod, quae nomina temporis cum *toto* vel *omni* coniuncta sunt, eorum formas ablativas libenter usurpant, ceterorum autem multo minus.¹ In iis igitur, quae sequuntur, exemplis, et primum considerabo, in quibus *omnis* vel *totus* occurrit, ectura deinde addicam:

1) Ablativum temporis coniunctum cum *omni* vel *toto* a Cicerone non numquam, a Caesare tamen saepius usurpatum esse apparet, praesertim si attenderis, quot partibus opera Ciceroniana libris Caesarianos excedant:

a) Ex Caesaris commentariis hos locos deprompsi:

Cum *toto tempore* frigore et adsiduis imbelliis iurdinante B. G. VII. 24. 1. Ea *tota nocte* continent ierunt. B. G. I. 20. 3. *Tota nocte* munitiones preferunt. B. C. I. 81. 3. Suam innocentiam *perpetua rita*, felicitatem Helvetiorum bello esse perspectam. B. G. I. 40. 13.

b) Hos autem ex Ciceronis libris:

Ita quievit, ut *eo tempore omni* Neapoli fuerit. Sul. 17. Quorum vidisti *toto illo anno* ferrum in foro... versari. Plane. 71. Clarissimas stellas *totis noctibus* cernimus. Nat. d. 2. 103. Corpus Draconis *totis noctibus* cernimus. Nat. d. 2. 108. Tibi multo notior... meus in te animus esset, si *hoc tempore omni*, quo diuinefui sumus. Num. et Human. fuisse. Fam. I. 9. 1. Homo certior fit agi nihil in foro *toto die* nisi... Ver. 5. 101. Silebitur *toto indicio* de maximis illius furtis. Div. Caec. 32. Aegyptum Nilus inrigat et, cum *tota aestate* obrutam oppressamque tenuit... Nat. d. 2. 130.

2) Ubi *omnis* et *totus* deest, ibi multo rarius ablativus occurrit; apud Caesarem tamen quater, apud Ciceronem bis invenitur:

a) Nullum exemplum ex commentariis de Bello Gallico descripsi potest, sed omnia ex commentariis de Bello Civili:

Hortatur, cuius imperatoris ductu *VIII annis* rem publicam felicis sime gesserint... B. C. I. 7. 7. Cum esset pugnatum continenter *horis quinque*. B. C. I. 46. 1. Quod... *quinque horis* proelium sustinuerunt. B. C. I. 47. 3. Abdueilli filii, qui principatum in civitate *multis annis* obtinuerat. B. C. III. 39. 1.

b) Apud Ciceronem, duo certa videntur exempla:

Hie [Pericles] doctrina, consilio, eloquentia excellens *M. annos profuit*

¹ Haec regula similis est alia, quae de ablativo loci dicitur ex Kohlberg, II, p. 28, anm. 2; Riemann, Rec. Phil. XII (1888), p. 178: *exinde omnis dicitur at eius tempore et toto tempore*.

Athenis, de Or. 3. 138. Negari non potest *multis saeculis* verum fuisse id oraeulum. Div. 1. 38.

Qui autem alii loci antea laudabantur, ii nunc fere ab editoribus emendantur :

Procles et Eurysthenes... gemini fratres fuerunt. At ii nec *totidem annis* vixerunt. Div. 2. 90. Baiter-Halm, Müller : *annos*, nulla etiam critica nota adiecta.

Romae *biennio* prope fuerunt. Ver. 2. 62. Hanc *Vaticani* lectionem unus tuetur Kayser; ceteri ex ceteris codicibus legunt *biennium*.

Huc etiam eum locum refert Dräger (I. 534) :

Triginta annis vixisse Panaetium, posteaquam illos libros edidisset. Off. 3. 8.

Sed jure Kühner (II. 265) hoc exemplum reiecit, cum diceret ablativo coniuncto cum voce *posteaquam* significari diserimen temporis. Cf. Holden ad h. I. (4).

§ 2. Substantiva verbalia, unde sententiae completivae pendent.

1) Ex quibuscumque substantivis apud Caesarem sententia completa pendet, ea numquam sola atque absoluta inveniuntur sed ita cum verbo coniuncta, ut ex utraque voce una vis verbalis eminat, v. g. :

Timore adducti... ne Pompeius Alexandriam occuparet. B. C. III. 104.
 1. *Timore perterriti*, ne... suppicio adficerentur. B. G. I. 27. 1. cf. VII. 26. 5. Neque *abest suspicio*, quin ipse sibi mortem conciverit. B. G. I. 4. 4. Nullam *exoriri moram* posse, quominus... diriperentur. B. C. II. 12. 3. *Litteras nuntiosque misit*, ne... iuvarent. B. G. I. 26. 6. *In timorem Afranius Petreiusque perueniunt*, ne... intercluderentur. B. C. I. 61. 2. Suevos... *nuntios dimisisse*, uti de oppidis demigrarent. B. G. IV. 19. 2, etc.

Unum aut ad summum alterum substantivum excipiendum est, quod utrumque non proprie nomen est, sed potius participium :

De *senatus consulto* certior factus, ut omnes iuniores Italiae coniurarent. B. G. VII. 4. 4. Satis esse magna utrimque incommoda accepta, quae pro disciplina et *praeceptis* habere possent, ut reliquos casus timeant. B. C. III. 10. 4.

In hac proxima sententia quamquam *ut ex praeceptis* pendere potest, potius mihi tamen videtur ad totum enuntiatum esse referendum.

(1) « *Triginta annis* : that he was still alive thirty years after he had published it. »

2 Ab hac regula Caesariama Cicero deflectere non est veritus, cum non raro absolutis substantivis sententias completivas communiqueret :

Ducuntur enim aut benivolentia aut beneficiorum magnitudine aut dignitatis praestantia aut *spe sibi id utile futuram* aut *motu, in re pareo cogantur*. Off. 2. 22. Quae *lex* melior, quam *in praetoratu procurante plus quam diuinum obtinerentur*? Phil. 1. 19. *Cogitatio diurna nihil esse in re mali dolori medetur, non ipsa diurnitas.* Tusc. 3. 74. Misericordia quaedam consecuta est atque *opinio eius modi, esse quandam illi beluae cum genere humano societatem.* Fam. 7. 1. 3. Gravis illa *opinio*, ut quidem ad nos perferebatur, *senatum nihil decernere, antiquum de nobis actum esset, amissa est.* Att. 3. 24. 2. Molestia sum tanta affectus, quantam... et *admiratione, quidnam accidisset.* Att. 1. 17. 1. Mihi vide tur orta amicitia adplicatione magis animi... quam *cognitione, quantum illa res utilitatis esset habitura.* Lae. 27. Atque hoc quidem utrique... faciendum, alteri frequentatione argumentorum... alteri... *enumeratione, ut quidque diluerit, et miseratione ad extremum.* Part. or. 122. *Scientiam, quid agatur, memoriamque, quid a quoque dictum sit, omnium puto esse oportere.* Ver. a. p. 54. ...tum redditus ad rem aptus... esse debet; *propositioque, quid sis dicturus, et ab eo, quod est dictum, sciunctio.* de Or. 3. 203.

Huc addi potest ex adiectivo verbali absolute usurpato semel apud Caesarem completiva sententia pendere, saepius apud Ciceronem :

Inscii, quid in Haeduis gereretur... consultabant. B. G. VII. 77. 1.
Ignari omnes controversias ad universi generis vim referri. De Or. 2. 133. Parvi saepe indicaverunt aliquid, quo id pertineret, *ignari.* Ton. 75. *Ille incertus, ubi ego essem, fortasse alium cursum petivit.* Att. 3. 8. 2. *Meo consilio omnia illi fieri querebantur ignari, quantum in illo heros esset animi.* Att. 4. 3. 3.

Ex haec Ciceroniana substantivorum usurpatione aut iquum quidam mihi videtur redolere : ex ea enim vi verbali, quae in eis comicorum tempore vigebat, illud etiam apud Ciceronem superest, quod si minus accusativus, subiunctivus certe et infinitivus, ut a verbis, sic a nominibus, quae de iis derivantur, pendere solet.

CAPUT II

DE PRONOMINUM USU

§ 1. — Pronomina demonstrativa.

Demonstrativum pro reflexivo usurpatum.

Pronominis reflexivi usum Ciceronianum quicumque investigat, non nullos locos reperit, in quibus demonstrativum pronomen reflexivi locum obtinere videatur. Pauca (1) tamen ea vestigia apud Ciceronem possunt deprehendi; apud Caesarem vero eadem ita densa occurrunt, ut ad Ciceronianam normam ac regulam minime accommodari possint; si enim, verbi causa, primum librum Belli Gallici perlegeris, in eo uno libro plures tales locos reperias quam in omnibus Ciceronis libris. Qui loci cum tam multi sint, mihi non videntur, ut ex Ciceronianis, sic ex Caesarianis syntaxi excipi posse ac secerni, neque omni auctoritate destituti in adnotationum umbram quasi relegari.

Hos locos igitur omnes proferam ac primum quidem eos, qui in obliqua oratione occurrunt; ex iis non nulli sunt, in quibus pronomen *is* ad subiectum totius orationis referatur:

Haedui... legatos ad Caesarem mittunt rogatum auxilium : ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut... liberi *eorum* (2) in servitutem abduci... non debuerint. B. G. I. 11. 3. His Caesar ita res pondit... quod si veteris contumeliae oblivisci vellet, num etiam recentium iniuriarum, quod *eo* invito iter per provinciam temptassent... B. G. I. 14. 3. Legati ab Haeduis et a Treveris veniebant : Haedui ques-

(1) Quae maxime notanda sunt, iis locis occurrunt : de Or. 1.232, Div. Caec. 63, Ver. 1. 86, Fin. 4. 48, Div. 1. 3, Off. 4. 408. Qui fuerit in ea re Ciceronianus usus, diligentius disputavi in altera thesi, *Études sur la langue et la grammaire de Cicéron*, chap. III, § 5.

(2) Meusel : *eorum*.

tum, quod Harudes... fines *eorum* popularentur. B. G. I. 37. 2. Ambiorix ad hunc modum locutus est... sese pro Caesaris in se beneficiis plurimum ei confiteri debere... quod *ei* et filius et fratris filius a Caesare remissi essent. B. G. V. 27. 2. Rationem habendam esse dicunt, prius quam *eorum* clandestina comitia efferantur, ut Caesar ab exercitu interclusatur. B. G. VII. I. 6. Magnam haec res Caesari difficultatem ad consilium capiendum afferebat : si... uno loco legiones contineret, ne... cuncta Gallia deficeret, quod nullum amicis in *eo* positum praesidium videret. B. G. VII. 10. 1. Haec Caesari renuntiant : intellegere se divisum esse populum Romanum in partes duas... principes vero esse eorum partium Cn. Pompeium et C. Caesarem... quorum alter agros... publice *iis* concesserit. B. C. I. 33. 4.

In aliis autem locis non nullis, pronomen *is* non ad subjectum totius orationis, sed ad proximae sententiae referendum est :

(Repperit Caesar Dunnorigem) odisse etiam suo nomine Caesarem et Romanos, quod eorum adventu potentia *eius* diminuta... sit. B. G. I. 18. 8. Sic reperiebat... (Nervios) nihil pati vini... inferri, quod his rebus relangescere animos *eorum* (1) et remitti virtutem existimarent. B. G. II. 15. 4. Timere Caesarem, erexit ab *eo* duabus legionibus, ne ad *eius* periculum reservare eas... Pompeius videretur. B. C. I. 2. 3. Prodit Libo atque (2) excusat Bibulum... ob eam causam conloquium vitasse, ne res maxima spei maximaque utilitatis *eius* iracundia impeditetur. B. C. III. 16. 3.

Non pauci tandem sunt loci, qui extra obliquam orationem occurrant :

Persuadent Rauracis... uti... una cum *iis* proficiantur. B. G. I. 5. 4. Allobrogibus sese vel persuasuros... existimabant vel vi coacturos, ut per suos fines *eos* ire paterentur. B. G. I. 6. 3. Permitteret, ut, quos (obsides) illi haberent, voluntate *eius* reddere illis licet. B. G. I. 35. 3. Quod vererentur, ne omni pacata Gallia ad *eos* exercitus noster adducere tur. B. G. II. 1. 2. Nervii... quo facilius finitimarum equitatum, si praedandi causa ad *eos* venissent, impedirent... effecerant, ut... B. G. II. 17. 14. Monet, ut ignes in castris fieri prohibeat, ne qua *eius* adventus procul significatio fiat. B. G. VI. 29. 5. Neque expectant... ut de *eorum* imperio ad populum feratur. B. C. I. 6. 6. Ignes fieri prohibuit, quo ocultior esset *eius* adventus. B. C. III. 30. 5. Ut... quam quietissima *eius* profectio cognosceretur, conclamari iussit. B. C. III. 75. 2.

§ 2. — Pronomina relativia.

I. *Quod* CUM CONIUNCTIONIBUS CONIUNCTUM.

Saepe, praesertim in sermone quotidiano, pronomen *quod* cum

(1) Meusel : [*eorum*].

2 Holder : *neque*.

coniunctionibus coniunctum est nulla alia vi, nisi ut alteram sententiam cum altera conectat (1).

1) Caesar duodecies (2) *quodsi* usurpavit; nullam vero aliam coniunctionem cum hoc pronomine videtur coniunxisse (3).

2) Cicero contra ea forma sententiae plurimum usus est; nam, ut *quodsi* omittam, quod ei cum Caesare commune est, ea alia apud eum reperiuntur (4) :

Quodcum huius vobis adulescentiam proposueritis. Cael. 79 (5).

Quodetsi ingenii magnis praediti quidam dicendi copiam sine ratione consequuntur. Fin. 4. 10.

Quodne id (6) facere posses. Ac. 2. 79.

Quodnisi eo nomine virtutes continerentur. Tusc. 4. 36. *Quodnisi* ego meo adventu illius conatus repressissem. Ver. 2. 64, cf. Ver. 2. 160, Att. 13. 10. 1.

Quodquia nullo modo... iucunditatem vitae tenere possumus. Fin. 1. 67 (7).

Quodquoniam illud negatis. Div. 2. 127, cf. Fin. 3. 39.

Quodubi sensi me in possessione iudicii... constitisse. de Or. 2. 200. *Quodubi* ille intellexit. Ver. 1. 67. *Quodubi* intellexi multum apud illum recentes nuntios valuisse. Ver. 4. 148.

Quodut sciret Milo illum Ariciae fuisse. Mil. 51.

Quodutinam, Quirites, ego id... sustulisset ! C. Rab. 40. *Quodutinam* minus vitae cupidi fuissemus ! Fam. 14. 4. 1 (8).

II. NOMEN ANTECEDENS IN SENTENTIA RELATIVA REPETITUM (9).

Quamquam ex omnibus aureae latinitatis scriptoribus Ciceronem saepissime nomen antecedens in sententia relativa repetiisse A. Dräger docet (10), tantae auctoritati adsentiri non possum, cum

(1) Utrum *quod* forma sit accusativa (Riemann, p. 46, n.) an ablativa (Schmalz, adnot. 372 ad Reisigii praelectiones, p. 109), parum certum est et in medio relinquam.

(2) V. Menge-Preuss, p. 1226.

(3) Inuria Halmius (Reisig, *Vorlesungen*, p. 107) laudat *quodnisi* : B. G. I. 44 ; ea enim est sententia : eius rei testimonium esse, *quod nisi* rogatus non venerit et quod bellum non intulerit, sed defenderit. B. G. I. 44. 6.

(4) Ex iis, quae laudo, exemplis, plurima iam apud Reisigium (p. 107) inveniuntur.

(5) Alius erat locus nunc ab editoribus correctus : *quodcum* (Ag. 2. 82), nunc legitur *Quirites ! cum*.

(6) Müller *quod ne ita*, Reid tuetur *id. v.* eius adnotationem.

(7) Non possum autem sic interpretari *quod quia vidisti plures scire* (Ver. 4. 29), quod exemplum apud Riemann (p. 43) laudatum invenitur. Ibi *quod vim* pronominis accusativi mihi videtur obtinere.

(8) Riemann (p. 46) hic etiam addit *quod qui*, et laudat : Graecia... praesidium pollicetur; *quod qui* ab illo abducit exercitum... praesidium firmissimum adimit rei publicae. Phil. 10. 9. Müller vero mihi videtur iure scripsisse [exercitum] ita ut *quod* ad *praesidium* referatur, et apte quadret sententia.

(9) Cf. Menge, *Das Relativum*, p. 5 et 17, ubi loci Caesariani iam collecti sunt.

(10) « Ziemlich oft findet sich die Wiederholung des Beziehungswortes noch in der klassischen Zeit, besonders bei Cicero. » (*Historische Syntax*, II, 300²).

mihi perspicuum sit Caesarem in ea re multo longius quam Ciceronem processisse. Ut igitur omnis controversia dirimatur, **omnia** Caesariam exempla laudabo, quibuscum locos ex non nullis Ciceronis libris deceptos comparabo.

1) Exempla Caesariana.

Hac nominis repetitione ita saepe Caesar utitur, ut etiam aliquando legentibus satietatem moveat (1).

Erant omnino itinera duo, quibus itineribus... B. G. I. 6. 1. Diem dicunt, qua die... B. G. I. 6. 4. Diem instare, quo die, B. G. I. 46. 3. Tabulae repertae sunt... quibus in tabulis. B. G. I. 29. 1. Proelio vicerit, quod proelium. B. G. I. 31. 12. Ultra eum locum, quo in loco. B. G. I. 49. 1. Loci natura erat haec, quem locum. B. G. II. 18. 1. Iter in ea loca facere coepit, quibus in locis. B. G. IV. 7. 1. Omnibus iis rebus confectis, quarum rerum causa. B. G. IV. 19. 4. In ea parte videri, quam in partem. B. G. IV. 32. 1. Ad portum Itium convenire iubet, quo ex portu. B. G. V. 2. 3. Isdem nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt. B. G. V. 12. 2. Complures praeterea minores obiectae insulae existimantur, de quibus insulis. B. G. V. 13. 3. Clamor oreretur, quo clamore. B. G. V. 53. 1. Post diem VII. sese rever surum confirmat, quam ad diem. B. G. VI. 33. 4. Dies adpetebat VII., quem ad diem. B. G. VI. 35. 1. Castella XXIII (erant) facta; quibus in castellis. B. G. VII. 69. 7. Cum X longis navibus ad Clupea praestolans, quas naves. B. C. II. 23. 3. Legem promulgaverat, qua lege. B. C. II. 23. 4. Nacti portum, qui appellatur Nymphaeum... qui portus. B. C. III. 26. 4.

2 Exempla Ciceroniana ex omnibus libris colligere longum est neque ad propositum meum necessarium. Ex primis tantum et ultimis Ciceronis operibus ea excerpere conatus sum, unde, et quantopere a Caesare differat et quo modo se ipse mutaverit, possit intellegi.

Nam in libris *de Inventione*, qui primi conscripti sunt, decem exempla numerantur; in omnibus libris philosophicis, quos iam provectus aetate Cicero compositus, non amplius septem reperiuntur, cum tamen eorum moles libros *de Inventione* fere decies aequet (2).

In libris *de Inventione* eos locos notavi :

Qua re homines bestiis praestent, ea in re hominibus ipsis antecellat.
Inv. 1. 5. Quibus in rebus versatur ars et facultas oratoria, eas res

(1) « Depuis Juste Lipse et Bayle on a reproché à César d'écrire avec négligence, de répéter inutilement les substantifs après les pronoms relatifs. » S. Dussou, *Commentaires*, p. XIII, et *Grande Encyclopédie*, art. *César*, t. X, p. 131. Cf. Fries (Beiträge, p. 23).

(2) In editione Teubneriana, libri *de Inventione* CXX paginis continentur, libri philosophici MCXLVI.

materiam artis rhetoricae nominamus. Inv. 1. 7. Si locus opportunus ad eam rem, qua de re narrabitur, fuisse ostendetur. Inv. 1. 29. Ut simile iis rebus sit, quas res ante induxerimus. Inv. 1. 53. Argumenta certa nascentur, quorum argumentorum pars... Inv. 2. 46. Nisi id factum esset, de quo facto iudicium est. Inv. 2. 74. Ut legem, qua lege fecerit, proferat. Inv. 2. 82. Eo modo atque ab eo vindicari, quo modo et a quo sit vindicata. Inv. 2. 84. Cum in ea re... redemptor fecerit, qua in re... Inv. 2. 97. Vituperationes ex iis locis sumentur, qui loci personis sunt attributi. Inv. 2. 177.

Ex libris philosophicis ea exempla collegit H. Merguet (III, p. 255) :

Quo in numero conticuisti, si ad eum numerum unum addidero, multane erunt? Ac. 2. 93. Quia possit eiusdem modi existere falsum aliquod, cuius modi hoc verum. Ac. 2. 101. Porrecta manu, quae manus significet. Fin. 1. 39. Ea... errore fieri, qui error stultis extenuetur die. Tusc. 4. 39. Ad eam causam referendum est, quae causa genuit civitatem. Rep. 1. 41. Scelus est nocere bestiae, quod scelus... Rep. 3. 49. Voluptatem corporis... a natura datam, cuius voluptatis... Cat. M. 39.

§ 3. — Pronomina indefinita.

I. *Ulli, nulli usurpatum pro cuiquam, nemini* (1).

Formam dativam pronominis *ullius* numquam Ciceronem pro *cuiquam* usurpasse recte monet Ae. Thomas (2). Caesar contra eam semel recepit :

Negat se more et exemplo populi Romani posse iter *ulli* per Provinciam dare. B. G. I. 8. 3.

Hoc idem etiam apud Plancum occurrit, sed ei id videtur fuisse causae, ut hanc formam usurparet, quod statim post *quicquam*, quae vox proxime antecedebat, *cuiquam* vix ausus sit dicere; ea est enim eius sententia :

Huic prius excusandum me esse arbitror quam de insequenti officio *quicquam ulli* pollicendum. ap. Cic. fam. 10. 8. 1.

Praeter hunc locum, nullum aliud exemplum laudat Neue huius formae substantivae, quod apud scriptores aureae, quae dicitur, latinitatis aut etiam argentae occurrat.

Simile quiddam animadverti potest in formis *nemini* et *nulli*,

(1) Cf. Neue-Wagener, II, p. 507, 524; Riemann, *Etudes*, p. 84.

(2) Ad Ver. 3. 141 : « Cicéron n'emploie jamais le datif *ulli* que comme adjetif. »

quarum prior quidem a Cicerone saepissime ¹ usurpata est, altera autem fortasse numquam; quod enim unum laudatur exemplum, id conjectura nititur nec ea quidem ab omnibus editoribus recepta:

Haec Baebius quidam a Curione III. Id. profectus, homo non infans, sed qui *nulli* non dicat. Att. 9. 14. 2. Sie C. Fr. Hermann (*Philol.* III. p. 103), Baiter, Wesenberg, C. F. W. Müller: *¶ quis ulli non dicat: Mediceus*, Boot (2); *qui de suo illa*: Tyrrell.

Apud Caesarem contra semel occurrit *nemini, nulli* autem quinque:

Se nociturnum *nemini*. B. C. I. 85. 12.

In muro consistendi potestas erat *nulli*. B. G. II. 6. 3. Dierum XV supplicatio decreta est, quod ante id tempus accidit *nulli*. B. G. II. 35. 4. Summam imperii se consulto *nulli* discedentem tradidisse. B. G. VII. 20. 5. Quorum *nulli* ex itinere excedere licebat. B. C. I. 79. 5. *Nulli* omnium has partes... minus convenisse. B. C. I. 85. 1.

Hunc usum eius formae dativae Caesari communem esse cum ceteris historicis et docet Schmalz ³ et ex locis a Neue collectis perspicere licet.

II. *Quidam = non nulli.*

Multos Livianos locos collegit Riemann ⁴, in quibus *quidam* eandem vim haberet, quam *non nulli*, v. g. *in quosdam boves palatos a suis inciderunt* (22. 17. 4); unum locum Ciceronianum adiecit (*quosdam dies*. Fam. 11. 5. 1), tres vero Caesarianos: B. G. VII. 35. 4 (5); B. C. III. 65. 3; III. 66. 1.

Re diligentius exquisita, apparet hanc usurpationem pronominis *cuiusdam*, cum apud Caesarem longe lateque pateat, eandem apud Ciceronem angustissimis finibus contineri. Nam iis locis, quos Riemann protulit, neque ullum alium Ciceronianum habeo, quem adiciam, et non nullos Caesarianos, ex Bello Civili plerosque depromptos ⁶, conferre possum. Eos igitur, quoscumque potero, laudabo, ne iis quidem omissis, qui jam apud Riemann reperiuntur:

¹ In orationibus sex et quinquaginta exempla reperiri Neue (p. 24) affirmit, ex operibus philosophicis unum et viginti locos ab H. Merguet collectis invenias.

² Hanc praeterea adnotationem adiecit: « Latine nesciunt qui haec sunt patent. Aliorum suspicione in quibus Gronoviana sed *qui illa non dicit* quum nulli non satisfacerent, conieci: *sic que illa nulli non dicit*. »

³ « Nicht allein Pollio, sondern die ganze Reihe der Historiker vor ihm und nach ihm bevorzugt *nulli* vor *nemini*. » Tzarus Pollio, p. 93.

⁴ *Etudes*, p. 488.

⁵ Vel potius VII. 35. 3.

⁶ « Zu der Annahme, dass Caesar das b. c. in grosser File und mitunter recht flüchtig hingeworfen hat, passt ferner der häufige Gebrauch von *quidam*. Wenn man

Reliquas copias... misit, distractis *quibusdam* cohortibus, ut numerus legionum constare videretur. B. G. VII. 33. 3. Eadem ratione privatim ac publice *quibusdam* civitatibus habitis honoribus... B. C. II. 21. 5. *Quibusdam* solutis ergastulis Compsam... oppugnare coepit. B. C. III. 22. 2. Naves onerarias *quasdam* nactus incendit. B. C. III. 23. 2. Scipio detrimentis *quibusdam* circa montem Amanum acceptis imperatorem se appellaverat. B. C. III. 31. 1. Loco, qui... aditum habet navibus mediocrem atque eas a *quibusdam* protegit ventis. B. C. III. 42. 1. Fontes a *quibusdam* praesidiis aberant longius. B. C. III. 49. 4. Deductis *quibusdam* cohortibus ex praesidiis codem venit. B. C. III. 63. 2. Animadversum est... cohortes *quasdam*, quod instar legionis videretur, esse post sylvam. B. C. III. 66. 1. Mutato consilio *quibusdam* de causis. B. C. III. 66. 4 et 7. Hoc idem visum ex superioribus *quibusdam* castellis confirmaverant. B. C. III. 67. 1. Nisi eo ipso tempore *quidam* nuntii de Caesaris victoria... essent allati. B. C. III. 101. 2.

III. *Omnis pro toto usurpatus.*

Iam a multis grammaticis animadversum est *omnem* saepe a Caesare ea vi usurpatum, quae *totius* soleat esse; cum tamen in ea re discriminem inter Caesarem et Ciceronem inesse contendat L. Constans, praeterire non possum, quin, utriusque qui fuerit usus, investigem.

In hac igitur voce *omni* vulgare quiddam notat L. Constans, et a Cicerone alienum, apud quem duo exempla a grammaticis soleant laudari, cum in commentariis *de Bello Gallico* duodecim saltem possint inveniri (1).

Plurimos tales esse locos Caesarianos equidem negare non possum, plures etiam fortasse quam Ciceronianos; hos tamen minime raros esse conabor comprobare; pauca adiciam de non nullis formis sententiarum, quae ex *omni* constant et quae antiquum quiddam sonare et vulgare mihi videntur.

1) Vociis *omnis pro toto* usurpatae haec Caesariana notavi exempla (2):

Gallia est omnis divisa in partes tres. B. G. I. 1. 1. *Omnis* civitas in sich nicht die Zeit nehmen will, etwas genauer und ausführlicher zu bestimmen, ist dieses Pronomen ein vortreffliches Auskunftsmittel. Während Caesar im b. G. *quidam* nur 16 mal verwendet, finden wir es im b. c. 31 mal. » Frese, Beiträge, p. 61.

(1) « *Alii*, dans le sens de *ceteri*, se rencontre I. 41. 4... C'est sans doute une de ces nombreuses façons de parler de la langue populaire, que Salluste, Cornélius Népos et surtout Tite-Live ont introduites dans la langue littéraire. Il en est de même pour *omnis* au sens de *totus*, qui est assez fréquent dans César. Voy. I. 1. 1. 5. 3. II. 12. 3. III. 8. 4 et 5. IV. 17. 9. V. 13. 7. VII. 32. 5. 33. 2 et 3. 43. 5. 80. 1 et 2. On n'en cite que des exemples isolés ayant lui, en particulier deux de Cicéron. » (p. 318).

2) *Totum pro omni* a Caesare usurpari bis (B. C. II. 26. 4. III. 44. 6) arbitratur Meusel in suo *Lexico*, sed recte negat Frese. *Beiträge*, p. 38.

quattuor pagos divisa est. B. G. I. 12. 4. Galliam *omnem* ab Ario visti iniuria posse defendere. B. G. I. 31. 10. Cum *omnem* Galliam occupavissent. B. G. I. 33. 4. *Omnem* aciem carris circumdederunt. B. G. I. 31. 2. *Omni* pacata Gallia. B. G. II. 1. 2. II. 33. 1. *Omnis* orae maritimae. B. G. III. 8. 1. 3. *Omni* hoc itinere confecto. B. G. IV. 4. 5. Subiecte cum *omni* opere coniunctae. B. G. IV. 17. 9. *Omni* opere effecto. B. G. IV. 18. 1. *Omnis* Gallia ad septentriones vergit. B. G. IV. 20. 1. *Omnis* insula est vices centum milium passuum. B. G. V. 13. 7. Quae regio est maritima *omnis*. B. G. V. 14. 1. Si Gallia *omnis* consentiret. B. G. V. 29. 6. In *omni* Gallia. B. G. VI. 13. 1. Spatia *omnis* temporis numero noctium finiunt. B. G. VI. 18. 2. Huius *omnis* pecuniae ratio habetur. B. G. VI. 19. 2. Vita *omnis* in venationibus consistit. B. G. VI. 21. 3. *Omnem* Galliae salutem... positam. B. G. VII. 23. 1. Illum *omnem* locum impeditret. B. G. VII. 37. 4. *Omnem* Galliam respiciamus. B. G. VII. 77. 7. Erat ex *omnibus* castris despectus. B. G. VII. 80. 2. *Omnem* Galliam pacaverint. B. C. I. 7. 7. *Omnem* Italiam liberare. B. C. I. 9. 1. *Omnis* res publica senatui permittatur. B. C. I. 9. 3. *Omnem* agrum Picenum percurrit. B. C. I. 15. 1. *Omnem* munitionem explant. B. C. I. 21. 3. *Omnem* ulteriore Hispaniam tueatur. B. C. I. 38. 2. *Omne* est perfectum opus. I. 41. 3. *Omni* acie perterrita. B. C. I. 45. 1. Ex *omni* provincia comportabatur. B. C. I. 49. 1. Erat in celeritate *omne* positum certamen. B. C. I. 70. 1. Ex *omni* provincia vocat. B. C. II. 1. 4. *Omnem* administrationem tardabat. B. C. II. 2. 3. Hoc opus *omne* perficiunt. B. C. II. 10. 7. *Omnis* administratio belli consistit. B. C. II. 12. 1. Consentire *omnem* provinciam. B. C. II. 17. 4. Pecuniam *omnem* contulit. B. C. II. 18. 1. Provinciam *omnem* adigebat. B. C. II. 18. 5. *Omni* ora classem disposuerat. B. C. III. 3. 2. *Omni* terra prohibebatur. B. C. III. 15. 1. *Omnem* orationem instituisse. B. C. III. 17. 6. *Omni* Aetolia potitus est. B. C. III. 33. 1. *Omnem* commeatum contulisset. B. C. III. 41. 3. *Omnem* apparatum belli supportabat. B. C. III. 44. 1. Praedam *omnem* domum avertabant. B. C. III. 59. 3. Aggerem *omnem* imponit. B. C. III. 62. 2. *Omni* ora excludere. B. C. III. 78. 3.

In hoc numero non reposui ea omnia exempla in quibus *omnis* cum nomine multitudinis coniungitur: ea autem plurima sunt, libentius enim in eius modi sententiis *omnem* quam *totum* Caesar solet usurpare, ut ex lexicis patet; nam apud eum *omnis multitudo* novies occurrit, *tota multitudo* nusquam; *omnis equitatus* tricies, *totus equitatus* nusquam: *totus exercitus* tamen non raro dicitur, quamquam paulo minus saepe undecies quam *omnis exercitus* (quater et decies).

2 Huius significationis verbi *omnis* apud Ciceronem non duo, sed plurima sunt exempla. Quae cum omnia referre neque velim neque possim, ex iis in orationibus et libris philosophicis non nulla colligam, quibus Ciceronianus usus cognoscatur:

In *omni* vita (1) nihil aliud egi. Div. Caec. 40. In animo est causam

(1) *Omnis vita*: huius sententiae XVII exempla in orationibus reperiuntur: octies legitur *tota vita*.

omnem (1) exponere. Ver. 1. 32. Cum tibi se tota Asia praebuisset, cum tibi exposita esset *omnis* Pamphylia. Ver. 1. 93. Soli non modo in Sicilia, verum in *omni* orbe terrarum. Ver. 4. 23. Orbem *omnem* peragrasse terrarum. Ver. 4. 106. Calamitatis, quae *omnis* propter avaritiam ipsius accidisset. Ver. 5. 106. Missis in Achaim *omnemque* Graeciam. Imp. Pomp. 35. *Omnem* accusatoris orationem (2) in duas divisam esse partes. Clu. 1. Sanguinem suum profundere *omnem* cupit. Clu. 18. Hic ager *omnis*. Ag. 2. 70. Si *omnis* res publica loquatur. Cat. 1. 27. In *omni* iure civili aequitatem reliquerunt. Mur. 27. Bellum illud *omne* Mithridaticum cum mulierculis esse gestum. Mur. 31. Annui temporis criminationem *omnis* aetas L. Flacci defendet. Flacc. 100. Ut cuncti ex *omni* Italia venirent. In Sen. 24. *Omnem* vitae suae cursum conficeret. Cael. 39. Palatium civitate *omni* refertum. Pis. 11. *Omnis* erat tibi Achaia addicta. Pis. 37. *Omnem* aetatem (3) in bellis consumptam. Dei. 6. *Omnem* hanc Asiam amisisset. Dei. 36. *Omnem* Italianam dividendam dedit. Phil. 5. 7. Italia *omnis* infesta est. Phil. 10. 10. Percurri *omnem* Epicuri disciplinam placet. Fin. 1. 28. Non solum Graecia, sed etiam *omnis* barbaria commota est. Fin. 2. 49. *Omne* caelum totamque terram mente complexum. Fin. 2. 112. Proficiscendum est ab *omni* mundo (4). Fin. 3. 73. Qua ex *omni* copia plurima argumenta sumuntur. Fin. 4. 13. Concidat *omne* caelum *omnisque* natura necesse est. Tusc. 1. 34. *Omne* corpus intenditur. Tusc. 2. 36. Cui aeternitas *omnis* (5) nota sit. Tusc. 4. 37. Rationem per *omnem* naturam rerum pertinentem. Nat. d. 1. 36. Hominem, qui est mundi pars, pluris esse quam mundum *omnem* oportet. Nat. d. 2. 32. Stellae atque *omnis* aether. Nat. d. 2. 118. Ea vicissitudo in *omni* cursu conservatur. Nat. d. 2. 423. Sanguis in *omne* corpus diffunditur. Nat. d. 2. 138. Adde nervos eorumque implicationem corpore *toto* pertinentem, qui... in corpus *omne* ducuntur. Nat. d. 2. 139. Primis litteris illius sententiae carmen *omne* praetexitur. Div. 2. 112. Cuius *omnem* ornatum Aratum extulisse. Rep. 1. 22. Cum ad eum dominatus *omnis* recidisset. Rep. 2. 14. *Omne* Latium bello devicit. Rep. 2. 44. *Omnis* terra parva quaedam insula est. Rep. 6. 21. Quid est in *omni* caelo atque terra? Leg. 1. 22. Nec rerum natura *omnis* nec mundus potest. Leg. 3. 3. *Omni* Macedonum gaza potitus. Off. 2. 76. Continentia in victu *omni*. Off. 2. 86. *Omnem* sermonem tribuimus M. Catoni. Cat. M. 3. Qui *omnem* orbem terrarum unam urbem esse ducunt. Par. 18. Circum *omne* caelum aequaliter distribuit. Tim. 33.

3) Restat, ut pauca dicam de duabus sententiis, quae antiquum quiddam mihi videntur ac vulgare redolere.

a) *Omnibus annis = quotannis*:

Hi perpetuas inter se controversias habebant, uter alteri anteferretur,

(1) *Omnis causa*: cf. Ver. 1. 41, 2. 101, 5. 90; Imp. Pomp. 4; Clu. 12; Flacc. 49; Dom. 100; Cael. 2; Pis. 19; Dei. 42; saepius tamen *tota causa* dicitur. v. Merguet.

(2) *Omnis oratio* quater et decies invenitur in orationibus, *tota oratio* ter.

(3) *Omnis aetas*: sic fere semper legitur in orationibus et in libris philosophicis: unum excipitur exemplum: *multorum virorum totis aetatibus*. Tusc. 5. 53.

(4) *Omnis mundus*: in libris philosophicis duodecies invenitur, *totus mundus* terdecies.

(5) Huc referendum est ab *omni aeternitate*, ex *omni aeternitate*, quae utraque sententia saepe in libris philosophicis occurrit.

omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant. B. G. V. 44. 2.

b Omnis temporis, omnium temporum :

*Corus ventus navigationem impediens, qui magnam partem *omnis temporis* in his locis flare consuevit.* B. G. V. 7. 3. *Spatia *omnis temporis* non numero dierum, sed noctium finiunt.* B. G. VI. 18. 2. *Et non solum in pristinum statum redissent, sed *omnium temporum dignitatem* antecessisse viderentur.* B. G. VII. 34. 4. *Omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat.* B. C. I. 7. 1.

Cum his sententiis perpaucae Ciceronianae conferri possunt : duae tamen similes mihi videntur, quae ambae in Verrinis orationibus continentur :

*Legatos mittunt, qui cum leges doceant consuetudinemque *omnium annorum* demonstrent.* Ver. 2. 124. *Ut ei sacra facerent quotannis,* cuius opera *omnium annorum* sacra amiserant. Ver. 4. 130.

IV. *Nullus : non.*

Nullus pro simplici negatione *non* (1) a Caesare numquam, a Cicerone saepe usurpatus est :

Nolite arbitrari me, cum a vobis discessero, nusquam aut *nullum* fore. Cat. M. 79. Quod eos (piscatores) *nullos* videret. Off. 3. 59. Ad M. Aelium *nullus* tu quidem domum, sed sicubi inciderit. Att. 15. 29. 1. Corumbus Balbi *nullus* adhuc. Att. 14. 3. 1. Seulus illud, quod timueramus, spero *nullum* fuisse. Att. 10. 7. 3. Quem motum te videre scriperas, eum nuntiant, qui veniunt, *nullum* fore. Att. 3. 13. 1. Vir ille summus *nullus* imperator fuit. Fam. 7. 3. 2. Miseros (mortuos puto) ob id ipsum quidem, quia *nulli* sint. Tusc. 1. 11. Ego autem scripsi Sextum adventare... quia... ab armis *nullus* discederet. Att. 15. 22. Philotimus non modo *nullus* venit, sed... Att. II. 24. 4. Pelatur hereditas, quae *nulla* debetur. Ver. 2. 43. *Nullus* iste timor esse debet. Phil. 5. 30, etc.

« Inesse autem in eo genere superlationem quandam veritatis familiari sermoni maxime convenientem, Naegelsbach rectissime docuit (2). » Cum igitur Caesar ea forma dicendi abstinuit, cautius quam ipse Cicero a cotidiano et vulgari sermone se removit.

(1) Cum dieo *nullum* pro *non* usurpari utriusque voce conditum esse sententiam quidem non contendo; cum contra in *nullo* non esse in via negationis possit credere illud tantum animadverte hanc vocem quae et res complitis universo in 2000 his soleat usurpari, hic ad singulares referri.

(2) Stinner, p. 31.

§ 4. — Pronomina neutra casibus obliquis usurpata.

A non nullis grammaticis etiam nunc defenditur scriptores aureae latinatitatis, ne in amphiboliam inciderent, *eius rei*, *ei rei*, *ea re* pro *eius*, *ei*, *eo* solitos esse dicere (1). Quod etsi saepe fit, multum abest tamen, ut a Cicerone et Caesare semper observetur; nam et Cicero formis obliquis pronominum neutrorum plurimum usus est neque eas Caesar repudiavit. Inter eos tamen multum interesse constabit, si ex utriusque operibus exempla collecta inter se conferentur.

Caesariana igitur omnia, quae invenero, 'proferam, Ciceroniana vero cum numero suo huius mei commentarii fines excedant, ea tantum enumerare temptabo, quibus perpetuus Ciceronis usus satis cognosci posse videatur. Ex primis itaque eius libris, quos *de Inventione* conscripsit, ex omnibus orationibus, ex omnibus libris philosophicis locos, quos potui, collegi; qui si cum Caesarianis comparabuntur, ex utrisque, ut spero, elucebit et Ciceronem in ea remolto audacius quam Caesarem longiusque processisse, et hunc pronominum usum, quem tot grammatici a Latinis scriptoribus abiudicant, quamquam apud Caesarem rarius, apud Ciceronem densius deprehendatur, utriusque tamen auctoritate comprobari.

1) Tres sunt formae sententiarum, in quibus saepissime apud omnes obliquae formae neutrae occurrant.

a) In genitivo partis :

(1) Deecke (*Beiträge*, p. 46, n. 1) contendit hanc amphiboliam « anxi vitari esse solitam ». Tyrrell (*Correspondence*, I, p. 241, n.) : « Cic. in his letters uses *in eo*, etc., for the more regular *in ea re*, etc. » Ex exemplis, quae proferam, apparebit non rarius in ceteris Ciceronis operibus quam in epistulis hunc usum deprehendi. Thomas (*de Signis*, 44, 97) : « Remarquez ici, et plus loin aussi, à ce qu'il semble, dans le *de isto* de la phrase suivante, l'emploi curieux du neutre, contrairement à la règle ordinaire (Reisig, § 343, 6, p. 622) et à l'usage habituel au moins dans Cicéron, qui évite régulièrement les pronoms neutres quand ils ne se distinguent pas du masculin. Mais l'exception se justifie lorsque, comme ici, aucune confusion n'est possible. » Reid (*Cato maior*, 3) : « The best writers generally do not use the neuter adjective as noun in the *oblique case*, unless there is something in the context to show clearly the gender. » Frese (*Beiträge*, p. 63) : « Der substantivische Gebrauch des neutrum pluralis der Pronomina in denjenigen Kasus, die nicht als neutral erkennbar sind, ist in der klassischen Prosa selten. » Cf. Reid, *Laelius*, 50, p. 117; Seyffert-Müller, *Laelius*, 3, 49, p. 121; Reid, *Academica*, 4, 8, p. 98. Cf. contra du Mesnil (*de Legibus*, 2, 20, 31, p. 163) et Hofmann-Sternkopf (*ausgew. Briefe*, I, p. 218) : « Die Neutra der Adjectiva und Pronomina werden oft in den obliquen Kasus gebraucht, auch wenn sie durch ein pron. rel. nicht als Neutra kenntlich gemacht werden. »

Nihil *horum*, B. C. I. 83. 7. *Horum* aliquid. Inv. I. 103. *Horum* nihil. Phil. 5. 6. *Quorum* nihil. Fin. I. 30, etc.

b) In ablativo discriminis, qui cum formis comparativis coniungitur :

Hoc magis properat Varro, B. C. II. 20. 1. *Eo* repugnante fiebat (*consul*), immo vero *eo* fiebat magis. Mil. 34, etc.

c) In iis pronominibus, quae sive cum coniunctionibus sive cum aliis pronominibus neutris et iis quidem non obliquis coniunguntur :

Si in *eo* manerent, *quod* convenisset. B. G. I. 36. 3. Neque multum abesse ab *eo*, *quin* paucis diebus deduci possint. B. G. V. 2. 2. Ex *eo* sciri potest, *quia* corpora nostra... concalesceunt. Tusc. I. 42. *Eo* separanda fuit ab hac disputatione, *quia*... Fin. I. 23. Cum omnis haec quaestio... ab *eo* proficiscatur, *quod* diximus... ib., etc.

2) His omnibus locis omissis, Caesariana exempla non nulla, Ciceroniana autem plurima notanda sunt.

a) Ea primum proferam, quae apud Caesarem reperiuntur :

His mandatis (1) eum a se dimittit. B. G. II. 5. 3. Nos nihil de *eo* per contationibus reperiebamus. B. G. V. 13. 4. Se ad armatum hostem iturum negat atque in *eo* perseverat. B. G. V. 36. 4. Non alienum esse videtur... *quo* differant hae nationes inter se, proponere. B. G. VI. 11. 1. *Hoc* maxime ad virtutem excitari putant. B. G. VI. 14. 3. *Hoc* ali staturam... putant. B. G. VI. 21. 4. *Hoc* se fore tutiores arbitrantur. B. G. VI. 23. 3. Si pedites suis auxilium ferant atque in *eo* morentur. B. G. VII. 66. 5. In *eo* perseverandum putabat. B. C. I. 26. 2. *His* omnibus annona crevit. B. C. I. 32. 4. *His* expositis. B. C. III. 11. 1. *Quo* cognito. B. C. III. 14. 2. *Quo* facto conventus civium Romanorum... Antonium recipit. B. C. III. 29. 1. *Quo* facto civitatibus... imperaverat pecunias. B. C. III. 31. 2. *Hoc* fuit contentus. B. C. III. 31. 5. *Quibus* cognitis. B. C. III. 62. 1. In *hoc* omnis multitudo maiestatem regiam minui praedicabat. B. C. III. 106. 4.

b) Apud Ciceronem tanta exemplorum copia suppeditat, ut ea omnia referre non possim : ex operibus tamen et tempore et genere diversis tot locos laudabo, ut de hac universa quaestione tuto possit diiudicari.

Ex libris *de Inventione* ea exempla deponpsi :

Hoc *codem* urgebitur. Inv. I. 13. Vis verbi... in *quo* posse sit. quaeri. Inv. I. 17. Summam causae, id est, in *quo* consistat controversia. Inv. I. 23. Si non ab *eo*, *quo* in proxime desitum erit, deinceps incipietur. Inv. I. 28. *Cuius* genus posueris, *cuius*... partem ponas. Inv. I. 33. Ab *eo*, *cui* contrarium dicitur. Inv. I. 42. *Horum* exempla...

1. *His* *datis* *mandatis*. R. Schneider.

cognoscetur. Inv. 1. 49. Quod... separari ab *aliquo* potest. Inv. 1. 62. Ex *his* illud perspicuum est. Inv. 1. 66 (bis). Ex *quo* cognoscitur. ib. *Quo* inlato. Inv. 1. 83. Ut in *eodem* versemur. ib. Quid ex *his* conficiatur. Inv. 1. 89. Ex *quo* demonstrabimus. Inv. 1. 101. *Quibus* ex *omnibus*... odium commovere poterit. Inv. 1. 103. Ex *quo* factum est. Inv. 2. 14. Ex *quibus* constitutio est. Inv. 2. 15. De *quo* post dicendum est. Inv. 2. 22. In *quo*... similitudines erunt proferendae. Inv. 2. 25. *Quorum* unius *cuiusque* vis... explicata est. Inv. 2. 40. Ex *quibus* coniectura quaedam ducitur. Inv. 2. 41. Ex *quibus* elicitur aliquid suspicionis. Inv. 2. 42. *Quorum* pars ad consilium pertinet. Inv. 2. 43. In *quo* quaeritur. Inv. 2. 44. *Omnibus* iam dictis. Inv. 2. 49. *Omnium* fore perturbationem. Inv. 2. 61. De *eo ipso* esse controversiam. Inv. 2. 64. Ex *eo*, *cuius* id causa factum est. Inv. 2. 72. Ex *quo* iudicatio fit. Inv. 2. 79. De *utroque*... dicetur. Inv. 2. 89. In *quibus omnibus* conquestio- nem... inesse oportebit. Inv. 2. 102. *Eo* non ascripto. Inv. 2. 120. Ex *his* sententia... perspicitur. Inv. 2. 121. Ex *quo* conficitur. Inv. 2. 145. Eius rei, qua de quaeratur cum *eo*, de *quo* constet, conlationem. Inv. 2. 150.

Ex orationibus autem ea collegi :

In *utroque* excellunt. Quinc. 31. Ex *quo*... quivis potest intellegere. Quinc. 90. *Quo* populus Romanus nihil vidit indignius. Rosc. 33. *Quo* conferenda sint cum *hische*, de *quibus* nunc quaerimus. Rosc. 51. De *quibus* quoniam verbo arguit... Rosc. 82. Ex *hoc*, si *quo* de illorum dubitabitur, convincatur. Rosc. 118. Cum pars *eius* dimidia Rosci esset. Q. Rosc. 51. De *utroque* dicam. Div. Caec. 11. In *quo* (1) quid eniti possim... Div. Caec. 26. Ex *quibus* si unum in te cognoveris. Div. Caec. 27. In *quo* si te natura adiuvaret. Div. Caec. 39. De *quo* ne multa disseram. Ver. 1. 72. *Hoc uno* uterer. Ver. 2. 164. In *quo* quae vestra defensio futura sit... Ver. 2. 165. *Quo* tantum tibi opus fuerit, id quaero. Ver. 2. 183. In *quo* te lex tenet. Ver. 3. 71. Ex *eo*, *quo* istius avaritia contenta fuit. Ver. 3. 103. In *illo*... vicimus. Ver. 3. 145. Ex *quo* intellegi potest. Ver. 3. 178. (cf. ib. 8). Non est in *hoc* crimen. Ver. 3. 188. In *quo* erat aliqui quaestus. Ver. 3. 195. Ex *quibus* hoc... indignissimum videbatur. Ver. 3. 204. In *quo* multi interpellant. Ver. 4. 142. In *eo* cum... discessio facta esset. Ver. 4. 146. Ex *quo* iam intellegis. Ver. 5. 39. Ex *quo* fit navis. Ver. 5. 47. *Eo* contentum me esse dicam. Ver. 5. 165. Hoc teneo, hic haereo, *hoc* sum contentus *uno*. Ver. 5. 166. Non fuit *his omnibus* iste contentus. Ver. 5. 170. Si in *hoc* me ratio fefellerit. Ver. 5. 173. In *hoc posteriore*... in *illo priore*. Tul. 30. De *quo* hoc primum quaero. Tul. 38. *Hoc* sequitur, ut... oportuerit. Tul. 54 (2). Quid hoc ab *illo* differt? Caec. 39. De *eo* quaeri oporteret. Caec. 93. In *hoc* Caecinam non defendeo. Caec. 94. Ex *quo* intellegi potuit... populum concitari. Clu. 138. *Quo animi*... incenderentur. Clu. 140. In *quo* illud quaero. Clu. 169. In *eo ipso* homines mentiuntur. Clu. 174. Est in *eo* diligens. Ag. 1. 4. In *quo* universi deligant. Ag. 2. 17. Ex *quo* intellegi potest. Ag. 2. 102. Non modo *illis* cavit. Ag. 3. 10. In *hoc ipso*, in *quo* exultat oratio mea. Cat. 2. 3. Ex *eo ipso* intellegere possumus. Cat. 2. 23. *Quorum* quod

(1) De his verbis *in quo* sic saepe usurpati v. Reid, *Academica*. I. 32, p. 139.

(2) Cf. Landgraf, *Pro Roscio*, p. 384.

simile factum? Cat. 4. 13. *Quo* constituto. Mur. 14. *Hoc* omissio. Mur. 22. Carmen cum ceteris rebus absurdum. tum vero in *illo*. Mur. 26. *Hoc* remoto. Mur. 70. In *eo* fallis. Mur. 77. In *quo* vehemens fui. Sul. 87. In *quo* vos hortor. Sul. 93. In *quo* est diligentia requirienda? Flacc. 32. Nec volitabo in *hoc* insolentius. Flacc. 38. Census es mancipia Amyntae neque huic ullam in *eo* fecisti iniuriam. Flacc. 80. Ex *quo* intellegi debet. Flacc. 89. Neque *eo* contentus fuit. In Sen. 12. Ex *quo* indicare potestis. Dom. 67. Ex *quo* intellegitur. Dom. 103. Cum *aliis* multis scriptum etiam illud est. Har. r. 9. Cum in *eo ipso* periculum est. ex *quo* periculum portenditur. Har. r. 26. In *quo* uno non mentiebatur. Har. r. 47. In *quo* cum multa sunt indigna. Sest. 2. De *quo* te... testor. Sest. 45. Ex *quo* intellectum est. Sest. 69. Horum *utra* uti nolumus. *altero* est utendum. Sest. 92. In *quo* est me ultus. Sest. 111. In *quo* eos coniunxit. Sest. 132. In *quo* eius temeritatem satis mirari non queo. Sest. 134. In *quo* alterum es confessus... in *altero* inconstantiam tuam... refelliisti. Vat. 3. In *quo* ne quid a me dictum putes. Vat. 33. In *eo* perseveravit. Prov. cons. 10. In *quo* magna contentio... fuit. Bal. 21. Ex *quo* intellegi necesse est. Bal. 27. In *quo* di immortales meas preces audiverunt. Pis. 43. In *altero illo* haeres. Pis. 74. In *quo*... Torquatus furebat. Pis. 78. De *quo ipso* tecum contendam. Planc. 10. In *quo* illud debes putare. ib. In *quo* si tibi respondeam. Planc. 58. In *eo ipso*, in *quo* nihil potest esse nimium. Planc. 82. In *ceteris* meminerat fuisse patricium. Scaur. 34. Ex *hoc ipso* crimen oritur. Rab. Post. 30. Num potest magis carere *his omnibus*? Lig. 11. Horum eram conscientius. Dei. 21. In *eo* culpam nullam fuisse arbitrarer. Dei. 24. In *quo* quantus error est! Phil. 1. 20. In *quo* vincit omnes. Phil. 1. 37. Te in *isto ipso* convinco... amentiae. Phil. 2. 9. In *quo* ne ipsius quidem ulla esse poterat lege lata. Phil. 2. 10. In *quo* est tua culpa. Phil. 2. 20. In *quo* Caesar felicior fuit. Phil. 2. 23. Ex *quo* intellegi debet. Phil. 2. 30. Me in *utroque* fuisse moderatum. Phil. 2. 40. In *quo* demiror... Phil. 2. 49. Si in *eo* perseverares. ib. De *quo* Caesar questus est. Phil. 2. 74. In *quo* stupiditatem hominis cognoscite. Phil. 2. 80. Contentus *eo* non fuisti. Phil. 2. 99. *His* quidem iam inveteratis. Phil. 2. 108. Horum similia deinceps. Phil. 3. 22. In *quo* nos fecellit. Phil. 3. 12. Ex *quo* iudicari potest. Phil. 3. 48. In *quo* non tantum commodum tribuitur, quantus honos. Phil. 3. 32. Quid est, quod de *iis* laboret? Phil. 8. 27. *Quo* impetrato. ib. *Quibus* a te dictis. Phil. 9. 3. De *quibus* confirmandis legem latus est. Phil. 10. 17. In *que* potuit. Phil. 11. 2. Ex *quo*... documentum nos capere fortuna voluit. Phil. 11. 5. Ex *quo* iudicare debetis. Phil. 11. 15. Ut haec libertate posteriora ducas, itaque *his* uti velis, si... nec pro *his* libertatem, sed pro libertate haec proicias. Phil. 13. 6. Ex *eo* non iter, sed cursus et fuga in Galliam. Phil. 13. 20. Alterum fecit, *alterius* di immortales omen avertant! Phil. 14. 26.

In nullis tamen Ciceronis libris tot exempla eius modi quo ex philosophicis sermonibus deprehendas; quae cum vix hoc loco enumerari possint, in appendicem congerentur.

§ 5. — **Vox rei pro pronomine usurpata.**

Ad usum pronominum referenda mihi videtur vox *rei* pro pronomibus saepissime a Caesare usurpata. Obliquis quidem casibus apud omnes scriptores Latinos solet occurrere, qui *omnium rerum*, *omnibus rebus* libertius dicunt quam *omnium*, *omnibus* (1); nominativo autem et accusativo *ea res*, *eam rem* apud Caesarem saepissime, apud ceteros rarius pro *id* ita usurpatum, ut propria vis substantivi in pronominis significationem extenuata quasi evanescat; idem etiam in aliis sententiis, ut *eius rei causa* pro *ea causa* sive *ea de causa* usurpata, potest deprehendi. Immo non raro apud Caesarem, in quibus etiam sententiis pronomen ad certum quoddam antecedens nomen referendum erat, in eius vicem vox *rei* succedit, e. g. : *magno numero navium adpulso, cuius rei (= quarum) summam facultatem habebant*. Id tandem notandum est, quod eorum quoque pronominum, quae cum coniunctionibus copulantur, vox *rei* locum obtinet : e. g. : *eius rei causa institutum, ne...* Hae duae proximae formae sententiarum quoniam Caesaris maxime sunt propiae, eas in investigando Caesariano usu a prima separabo.

Antequam autem haec omnia exemplis confirmem, non alienum videtur breviter perpendere *rei* usus quid redoleat, quam notam ferat atque indicium. In eo gravitas primum eminet, quam in antiquis quibusdam formulis licet agnoscere ; exemplo mihi erit initium orationis *pro Murena*, in quo sollemnis comitiorum precatio ipsis verbis a Cicerone refertur :

Quod precatus a dis immortalibus sum... illo die, quo L. Murenam consulem renuntiavi, ut *ea res* mihi, fidei magistratuique meo, populo plebique Romanae bene atque feliciter eveniret, idem precor ab isdem dis immortalibus... ut vestrae mentes atque sententiae cum populi Romani voluntatibus suffragiisque consentiant *eaque res* vobis populoque Romano pacem... adferat... Sum precatus, ut... *ea res* fauste, feliciter prospereque eveniret. Mur. 1. 1.

Cum gravitate antiquitas quaedam, ut in ceteris, sic in hac forma sententiae coniuncta est, ut ex ipsis Ciceronis libris cognoscitur ;

(1) Cf. Krebs-Schmalz, *Antibarbarus*, II, p. 494 : « Erst N. Kl. ist *omnium*, *omnibus* », quae tamen nimis severa est sententia, ut non nullis eorum, quae supra congesse, exemplorum comprobatur.

nusquam enim proprius ad hunc Caesarianum usum quam in primis suis operibus accedit; ut igitur, qui mihi finis propositus est, eos inter se conferam, cum Caesaris commentariis libros de *Inventione orationemque pro Sex. Roscio* comparabo, non quod in reliquis Ciceronis operibus nullum tale vestigium appareat, sed quia in ceteris rara, in his multa possunt deprehendi, ita tamen ut ad Caesarianam licentiam vix adspirare videantur.

1) Res nominis antecedentis locum obtinet :

a) Exempla Caesariana :

Nervii, cum *equitatu* nihil possent, neque enim ad hoc tempus *ei rei* student. B. G. II. 17. 4. Magno numero *variorum* ad pulso, *cuius rei* summa facultatem habebant. B. G. III. 12. 3. Inopia *caibariorum*, *cui rei* parum diligenter erat provisum. B. G. III. 48. 6. *Canicularis* ad aggerem actis, *cuius rei* sunt longe peritissimi Aquitani. B. G. III. 21. 3. Multum sunt in *renationibus*; *quae res* et cibi genere et collidiana exercitatione et libertate vitae... vires alit. B. G. IV. 1. 9. *Vinum* ad se importari non patiuntur, quod *ea rei*... remollescere homines arbitrantur. B. G. IV. 2. 6. *Fumi* incendiorum procul videbantur; *quae res* omnem dubitatem expulit. B. G. V. 48. 10. Ne qua oriatur pecuniae *cupiditas*, *qui ex re* factiones nascuntur. B. G. VI. 22. 3. In posterum *oppugnationem* differt quaeque ad *eam rem* usui sint. militibus imperat. B. G. VII. 11. 3. Vicisse Romanos artificio quadam et scientia *oppugnationis*, *cuius rei* fuerint ipsi imperiti. B. G. VII. 29. 2. *Sermone* confecto, *cuius rei* causa venerat. B. G. I. 8. 2. His omnibus *annona* crevit; *quae fere res...* timore ingravescere consuevit. B. C. I. 32. 1... ut ultra praemium *misionis* ferrent; nam cum de tempore *eius rei* controversia inferretur... B. C. I. 86. 2. Huius modi res aut *pudore* aut *metu* tenentur; *quibus rebus* nox maxime adversaria est. B. C. II. 31. 7. *Pecus*, *cuius rei* summa erat ex Epiro copia, magno in honore habebant. B. C. III. 47. 6. Sese omnia de *pace* expertum nihil adhuc effecisse; id arbitrari vitio factum eorum, quos esse auctores *eius rei* voluisse. B. C. III. 37. 2. Cogebantur... *pabulum* supportare, quodque erat *eius rei* minor copia... B. C. III. 38. 4.

b) Exemplum Ciceronianum :

*Inventum proferent, non expolitionem; nos autem de expolitionis partibus loquimur; nihil igitur ad *hanc rem* ratio illa pertinebit.* Inv. I. 73.

2) Res cum coniunctione copulatur :

a) Exempla Caesariana :

Id *eius rei* causa antiquitus institutum videtur, *ne quis...* auxilii egeret. B. G. VI. 11. 4. Ad *utramque rem* se illis offerre, *seu morte sua* Romanis satis facere *seu vivum* tradere velint. B. G. VII. 89. 2. *duas res* consecutus est, *quod animos centurionum devinxit et militum voluntates redemit.* B. C. I. 39. 4. Huic consilio suffragabatur etiam *illa res*, *quod...* Caesaris erat in barbaris nomen obscurius. B. C. I. 61. 3.

b) Exempla Ciceroniana :

Videntur homines... *hac re* maxime bestiis praestare, *quod* loqui possunt. Inv. 1. 3. *Ea re* legis scriptorem iudices constituisse, *ut* essent, qui... Inv. 2. 139. Si *hanc ei rem* privatim Sex. Roscius mandavisset, *ut* cum Chrysogono transigeret. Rose. 114. *Haec acta res* est, *ut* nobiles restituerentur in civitatem. Rose. 149. Ad *eamne rem* reservati estis... *ut* eos condemnetis? Rose. 151.

3) Res pronominis neutri locum obtinet :

a) Exempla Caesariana :

Inter se fidem... dant... *Ea res* est Helvetiis per indicium enuntiata. B. G. I. 4. 1. Sequanos nihil *earum rerum* facere. B. G. I. 32. 2. Elatum est, qua arrogantia Arioquistus Gallia Romanis interdixisset... *eaque res* conloquium diremisset. B. G. I. 46. 4. *Quarum rerum* fieri nihil poterat. B. G. III. 4. 4. Hos expectari equites atque *eius rei* causa moram interponi. B. G. IV. 9. 3. Hostes propelli iussit; *quaes res* magno usui nostris fuit. B. G. IV. 25. 1. Has omnes actuarias imperat fieri, *quam ad rem* multum humilitas adiuvat. B. G. V. 1. 3. Nihil *earum rerum* publico factum consilio. B. G. V. 1. 7. Intellegebat, qua de causa ea dicerentur *quaeque eum res* deterret. B. G. V. 4. 1. Ipsi nihil nocitum iri, inque *eam rem* se suam fidem interponere. B. G. V. 36. 2. Nihil esse negotii legionem interfici; se ad *eam rem* profitetur adiutorem. B. G. V. 38. 4. Omnia experti Galli, quod *res nulla* successerat, consilium ceperunt profugere. B. G. VII. 26. 1. Capti compendio ex direptis bonis, quod *ea res* ad multos pertinebat. B. G. VII. 43. 3. *Quarum rerum* illo tempore nihil factum. B. C. I. 7. 5. *Quae res* etsi... videbantur... B. C. I. 9. 4. Haec ita administrabat, ut condiciones pacis dimittendas non existimaret... *ea res* saepe temptata etsi impetus eius tardabat... B. C. I. 26. 2. Massiliensibus *res nulla* ad virtutem defuit. B. C. II. 6. 1. Aegre sunt retenti, quin in oppidum intrumperent, graviterque *eam rem* tulerunt. B. C. II. 43. 4. *Quarum rerum* nihil acciderat. B. C. II. 43. 2. Hiemare Dyrrachii... constituerat, ut mare transire Caesarem prohiberet, *eiusque rei* causa. B. C. III. 5. 2. *Hanc rem* illi esse impedimento. B. C. III. 17. 4. Neque proelio decertare voluit, *quaes res* tamen fortasse aliquem reciperet casum. B. C. III. 31. 5. Titum Ampium conatum esse pecunias tollere *eiusque rei* causa... B. C. III. 105. 1. Priusquam, *cuius rei* causa missi essent, cognosceret. B. C. III. 109. 5.

b) Exempla Ciceroniana :

Quoniam, *quas res* exordio conficere oporteat, dictum est, reliquum est, ut ostendatur, quibus *quaeque rationibus res* confici possit. Inv. 1. 21. Pars est, *quaes subest generi*. Sed saepe *eadem res* alii genus, alii pars est. Inv. 1. 32. Personis *has res* attributas putamus: nomen, naturam, victimum... Inv. 1. 34. Attendum, num *quaes res* ex *iis rebus*, *quaes positae sunt...* consequantur. Inv. 1. 43. Ac negotiis quidem *res haec* sunt attributae. ib. Nihil *omnium rerum* melius. Inv. 1. 59 (bis). Ut id, quod *eam rem*, *quaes conficitur*, sequatur necesse est. Inv. 1. 73. *Eae res* sunt signo attributae. Inv. 1. 81. Indignamur, quod tyrannicum factum esse dicamus per vim, manum, opulentiam, *quaes res* ab legibus

remotissima sit. Inv. 1. 102. *Quae res harum (1) aliquam rem consequatur*, facile cognitum est. Inv. 2. 30. Studium, quod est *aliquam ad rem applicata occupatio*. Inv. 2. 31. Ac personis quidem *res har* sunt attributae. Inv. 2. 32. Pleraque pertinent ad *eas res*, quae rem credibilem facere possunt. Inv. 2. 42. Ad cuius famam aut ad parentes aut ad liberos pertineret aut ad *aliquam rem*, quam caram esse omnibus necesse est. Inv. 2. 86. Inutile esse concedi *eam rem*, quae ab adversario commissa sit, permagnam esse,... si *ea res* ab *iis*, qui potestatem habent vindicandi, neglecta sit. Inv. 2. 100. Dignum virtute huius esset a vobis *hanc rem* hoc postulante impetrari. Inv. 2. 104. Attendere oportebit, num illo probato, quod adversarius intellegat, *res* utilior... neglecta videatur. Inv. 2. 119. Demonstrabit nullam esse legem, quae *aliquam rem* inutilem fieri velit. Inv. 2. 138. *Quancumque rem* scripto defenderit, multum proficiet. Inv. 2. 143. Neminem posse *omnes res* per scripturam amplecti. Inv. 2. 152. Est in eo genere *omnes res* una vi amplexa virtus. Inv. 2. 159. Sunt, qui propter se et utilitatem (petendam putant amicitiam)... Relinquatur *utramque* propter *rem* amicitiam esse expetendam. Inv. 2. 167. Restat, ut de *iis rebus*, quas his attributas esse dicebamus, perscribamus. Inv. 2. 170. Nullam esse *rem*, quam facere necesse sit. Inv. 2. 172. Esse *multas res*, ad quas similis adiunctio non accedit. ib. Quid sit illud, quod si adipisci velimus, *aliqua res* nobis sit necessaria. Inv. 2. 175. Ut *quaeque res* erit. ib.

Ab accusatoribus *eius rei*, *quae* conflavit hoc iudicium, mentio facta non est. *Quae res ea est?* Rosc. 3. Ad *eam rem* operam suam pollicentur. Rosc. 20. Ut nomen huius de paricidio deferrent, ut ad *eam rem* aliquem accusatorem compararent. Rosc. 28. *Quae res* tantum istum furorem S. Roscio obiecit? Rosc. 40. Locus oportune captus ad *eam rem*. Rosc. 68. Una mercede *duas res* assequi. Rosc. 80. In animo est... perstringere *unam quamque rem*. Rosc. 91. *Quae res* eum coegerit? Rosc. 97. Non *hanc ei rem* Sex. Roscius mandavit. Rosc. 113. *Quodsi id vos suscipitis et ad eam rem* operam vestram profitemini... Rosc. 153.

(1) Proxime antecedit; et *ipsorum* vis intellegitur.

CAPUT III

DE VERBORUM USU

§ 1. — Modorum Syntaxis.

I. SUBIUNCTIVUS USURPATUS POST VERBA *rogandi* ATQUE *imperandi*.

In modis usurpandis, Caesar a Cicerone in eo primum discrepat, quod saepe, omni coniunctione omissa, solum subiunctivum in enuntiationibus obiectivis usurpat (1), qua in re priscorum scriptorum vestigia est persecutus ; eorum igitur genus dicendi ut cum Ciceroniano simul et Caesariano comparetur, non nulla ex veteribus comoediis exempla primum excerptam, Ciceroniana deinde et Caesariana laudabo.

Ex iis multis priscorum scriptorum exemplis, quae Holtze collecta habet (2), pauca quaedam carpam atque delibabo, quibus haec, quam modo protuli, sententia comprobetur.

1) Verba *rogandi* :

Hoc *quaeso*, Syre.. meum mihi *reddatur*. Ter. Adel. 249.
Tactus lenost qui *rogarat*, ubi nata esset, *diceret*. Pl. Pers. 634.
Tandem *impetravi abiret*. Pl. Trin. 591.
Meam sororem tibi *dem suades* sine dote. Pl. Trin. 681.
Istud facias ipse, quod *faciamus* nobis *suades*. Pl. Asin. 644.

2) Verba *imperandi* :

Servos *iube* hunc ad me *ferant*. Pl. Men. 955.
Jube mi denuo *respondeat*. Ter. Eun. 691.
Quae vis vim mi *afferam ipsa adigit*. Pl. Rud. 681.
Dixi equidem in carcerem *ires*. Pl. Stich. 624.
Profestos festos *habeam decretumst* mihi. Pl. Poen. 301, etc.

(1) Cf. Procksch, *Nebensätze*, p. 8.

(2) *Syntaxis Priscorum*, II, pp. 466-471.

Caesarianam une et Ciceroniam proferam exempla atque utraque inter se conferam, in quibuscumque potero verbis rogandi atque imperandi.

1) Verba rogandi :

COHORTOR. *a)* Apud Caesarem, semel subiunctivus occurrit : *Disce dentem (Curionem)... universi cohortantur, magno sit animo.* B. C. II. 33. 1. *Ut* octies invenitur (1), *ne* quinque (2).

b) A Cicerone subiunctivus solus numquam usurpatus est, quod sciam, saepissime vero *ut vel quo*, v. g. : *Ut aliquando essetis severi.* Sest. 135. *Quo animo fortiores essetis.* Fam. 14. 7. 2.

CONTIONOR. *a)* Caesar semel subiunctivum usurpavit : *Caesar... contionatus, quoniam ad finem... esset perventum... impedimenta in Italia relinquerent.* B. C. III. 6. 1.

b) Cicero numquam.

EXCITO. *a)* Apud Caesarem unum est exemplum subiunctivi : *Virgum precibus et fletu excitati, extremo tempore civitati subvenirent.* B. C. II. 4. 3.

b) Apud Ciceronem nullum.

HORTOR. *a)* Subiunctivum Caesar ter usurpavit (3) : *Hortatur... ad eam diem revertantur.* B. G. VI. 33. 5. *Hortatur eos... quae usui ad defendantum oppidum sint, parent.* B. C. I. 49. 1. *Praefectos circummittit atque hortatur, non solum ab eruptionibus careant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus adserunt.* B. C. I. 21. 4. Saepius tamen *ut vel ne* : B. G. IV. 21. 6, V. 48. 6, V. 38. 2, etc.

b) Cicero solum subiunctivum numquam usurpavit, *ut autem vel ne* saepissime.

IMPLORO. *a)* Apud Caesarem, subiunctivus semel occurrit : *Cum eius necessarii fidem implorarent Pompei, praestaret, quod proficiscenti receperisset.* B. C. III. 82. 4.

b) Apud Ciceronem, numquam.

PETO. *a)* Semel (4) apud Caesarem subiunctivus invenitur (5) : *A Pompeio petit.... quos rogavisset... ad se proficisci iuberet.* B. G. VI. 1. 2.

b) Apud Ciceronem, nullum est subiunctivi exemplum nisi in epis-
tulis, ubi quattuor (6) numerantur : *Peto cures.* Fam. 13. 34. *Peto efficias.* Fam. 13. 39. *Peto diligas.* Fam. 15. 8. *Faciatis peto.* Fam. 16. 14. 2 (7).

POSTULO. *a)* Subiunctivi unum (8) est exemplum Caesarianum : *Cum*

(4) B. G. III. 26. 1, VII. 34. 1, VII. 27. 2, VII. 60. 1, VII. 62. 2, B. C. II. 5. 2, III. 82. 1, III. 95. 4.

(5) B. G. IV. 25. 1, VI. 8. 4, VII. 29. 1, VII. 86. 3, B. C. II. 43. 1.

(6) Cf. Sall., *Jug.* 36. 2 : *oppidanos hor(ut)ur incenit difensantes*, cf. 54. 1, 93. 6. Constans, *De Sermone Sallustiano*, p. 103.

(7) Altero etiam loco, lectio dubia : *petunt ad se venient* B. G. VII. 63. 4, sic in *Vaticano* et in *Ashburnhamiano*¹ scriptum legitur ; in cett. codd. *ut ad se*.

(8) Cf. Sall., *Jug.* 102. 2.

(6) Minus recte igitur L. Constans, *De Sermone Sallustiano*, p. 106. : Cicerone duo exempla tantum praebet Fam. 13. 34 et 39. Caesar unum B. G. 7. 63.

(7) Huc etiam forsitan addendum sit *peto caritas sis* Fam. 16. 9. 4.

(8) In duobus locis invenitur subiunctivus in media oratione obliqua, quae ex verbo *postulandi* pendet : B. G. I. 35. 3, I. 43. 9.

Caesar nuntios misisset, qui postularent, eos... sibi *dederent*. B. G. IV. 16. 3.

b) Ciceronianum nullum est.

ROGO. a) Subiunctivus semel apud Caesarem legitur : Rogat finem orandi *faciat*. B. G. I. 20. 5.

b) Apud Ciceronem bis in epistulis, semel in libris *de Legibus* : Rogas *carerem*. Att. 7. 12. 1. Paulisper *facescant* rogemus. Leg. 1. 39. *Rogo* atque *oro te colligas*. Fam. 5. 18. 1.

2) Verba imperandi :

ADMONEO. a) Semel apud Caesarem : Hunc admonet iter caute *faciat*. B. G. V. 49. 3.

b) Apud Ciceronem nusquam post verbum *admonendi*, sed semel post verbum *moneam* : Monitum *careret*. Div. 2. 8⁴.

CONCLAMO. a) Semel apud Caesarem : Conclamantibus omnibus *imperaret*, quod vellet. B. C. III. 6. 1.

b) Nusquam apud Ciceronem.

DECERNO. a) Semel apud Caesarem (1) : Quotiescumque sit decretum, *darent* operam magistratus, ne... B. C. I. 7. 5.

b) Nusquam apud Ciceronem.

FACIO CERTIOREM. a) Semel apud Caesarem : Milites certiores facit, paulisper *intermitterent* proelium. B. G. III. 5. 3.

b) Nusquam apud Ciceronem.

IMPERO. a) Bis apud Caesarem : Huic imperat, quas possit, *adeat* civitates. B. G. IV. 21. 8. Imperat... *pugnet*. B. G. VII. 86. 2 (2).

b) Nusquam apud Ciceronem.

MANDO. a) Semel apud Caesarem : Huic *mandat*, Remos *adeat* (3). B. G. III. 11. 2.

b) Nusquam apud Ciceronem.

MITTO LEGATIONEM. a) Bis apud Caesarem : Communem legationem ad P. Crassum mittunt, si velit suos recuperare, obsides sibi *remittat*. B. G. III. 8. 5. Litteras mitteret... naves refici *iuberet*. B. C. III. 23. 2 (4).

b) Nusquam apud Ciceronem.

PLACET. a) Semel apud Caesarem : L. Domitius dixit placere sibi ternas tabellas dari ad iudicandum iis, qui... bello interfuerint, sententiasque de singulis *ferrent* (5). B. C. III. 83. 3.

b) Nusquam apud Ciceronem.

PRAEPIO. a) Semel apud Caesarem : Praecipit atque interdicit, unum *petent* Indutiomarum. B. G. V. 58. 4.

b) Semel apud Ciceronem : Praecepit suis, omnia Caelio *pollicerentur*. Cael. 62.

SCRIBO. a) Semel apud Caesarem : Sribit Labieno... cum legione *veniat*. B. G. V. 46. 4.

b) Nusquam apud Ciceronem.

(1) Errat L. Constans, cum dicit (*l. l. p. 163*) : « Decernere, apud solum Sall., *Cat. 29. 2* ». Cf. Sall., *Iug. 35. 4*, 73. 5 (Constans, 163).

(3) Cf. Sall. *Cat. 32. 2* (Constans, *loc. laud.*).

(4) Tertius locus dubius est : *missis nuntiis discederent*. B. C. III. 102. 7 : D'L'T ; *ut discederent* : VL².

(5) *Ferrent* : codd., Holder, Kübler ; *ferri* : Paul, Hofmann.

In his igitur omnibus verbis, Caesariana exempla subiunctivi repperimus duo et viginti. Ciceroniana vero novem, quibus etiam si addideris ea duodecim, quae post verba *orandi* C. Rab. 5. Mur. 87, Att. 44. 46. 5. 3. 1, *edicendi* Fam. 14. 6. 2, *censendi* Ac. 2. 97, Lae. 17, Quint. fr. 4. 3. 7, Ver. 5. 174, Phil. 2. 97; *sentiendi* Att. 1. 4. 1 et post *quando* Att. 7. 14. 3 inveniuntur. Non tamen Caesarianum numerum aquaveris. Ex quo videtur colligi posse, quantum inter utriusque genus dicendi diseriminis intersit, cum praesertim illi ipsi commentarii, tot eius modi exemplis quasi distincti, tam breves ac pauci sint, si cum Ciceronis librorum amplitudine ac numero conferantur.

H. SUBIUNCTIVUS USURPATUS IN ITERATIS REBUS SENTIENDIS.

Non numquam Caesarem subiunctivum usurpasse, quo res iteratas significaret, et ex ipsis commentariis patet et a multis grammaticis est notatum. Plerique etiam fatentur eum longius in ea re quam Ciceronem processisse. Id autem verumne sit, vix perspicere potest, nisi, quid iste sit subiunctivus, prius agnitus sit: nulla enim exemplorum series, nulli numeri proderunt, si loci inter se dissimiles in unum tamquam acervum congerentur.

Nulli tamen aut certe perpauci grammatici ita consentiunt, ut eadem exempla eodem modo interpretentur, sed cum in suam quisque sententiam pleraque trahat, ex iisdem locis praecepta contraria fere conficiunt. Alii enim subiunctivum usurpari docent *quoniam* res iteretur, alii *quamquam* iteretur, alii tandem iterationem ad modum negant quicquam pertinere. Eorum sententias breviter repetam, quibus expositis, quid ipse sentiam, dilucidius potero declarare.

E. Hoffmann, quem in his rebus multi auctorem secuti sunt, in iteratione semper indicativum usurpari defendit (2).

Ei assentitur M. Bonnet atque impugnat A. Dräger et

(1) Ex his XXI locis, XII ex epistolis exceptis sunt in omnibus vero usurpati subiunctivus semel post verbum *processari*, ter post verbum *venire*, his post verba *oratioque miscito*, nusquam in ceteris sententiis.

(2) „... So sind doch zwei Fälle zu bedenken, wenn die geordnete also *ordnungstypische* Satzform zulässig ist. Den einen dieser Fälle haben wir� bereits kennen gelernt: es ist der, wo Handlungen in der Art als wie, soll, werden, einsetzend oder eingetreten bezeichnet werden sollen, dass mit dem statutären *de* einen stets auch das der anderen gegeben ist. (*Zeitpartikeln*, pp. 126, 127).

R. Kühner, quod uterque subiunctivum ad iterationem significandam aliquando usurpatum esse docuerit (1), cum praesertim tantum absit, ut propter iterationem subiunctivus usurpetur, ut ipsa iteratione subiunctivo repugnet (2).

Proximo anno post hanc M. Bonnet disputationem, O. Riemann contendit et, meo quidem iudicio, vicit non posse inter res singulares et iteratas discrimen omne tolli ita, ut in utrisque sententiis subiunctivi vis eadem atque usus esset (3).

Eodem fere tempore docebat I. Schmalz idem, quod antea A. Dräger et R. Kühner, subiunctivum in iteratione non numquam esse usurpatum ab argenteae latinitatis scriptoribus, ab iis praesertim, qui ad Graecos imitandos fuissent propensiores (4).

Hanc autem Graecorum scriptorum imitationem ullum momentum ea in re habuisse negat G. Hale (5), cui I. Brenous (6) videtur suffragari, sed cum imperfecti et plusquampraeteriti subiunctivus soleret usurpari, quo status aliqui rerum describeretur, inde profectum subiunctivum deinceps in sententiis temporis, condicionis, relativis propagatum esse defendit.

Nuper vero O. Riemann et H. Goelzer subiunctivum iterationis ex optativo Graeco defluxisse contenderunt (7).

(1) « Seit der klassischen Zeit, zuerst sparsam, dann besonders im silbernen Latein häufig, erscheinen nun Stellen, wo *cum* auch mit dem Konjunktiv der dritten Person die wiederholte Handlung bezeichnet. » (Dräger, *Historische Syntax*, II, 574). « Der Konjunktiv des Imperfekts und Plusquamperfekts wird auch gebraucht, wenn in dem Nebensätze allgemeine, unbestimmte Angaben, eine Gattung von Personen, Sachen, Handlungen, Fällen, eine unbestimmte Frequenz oder eine ötere Wiederholung einer Handlung bezeichnet werden soll. » (Kühner, II, 793).

(2) « L'idée de répétition, loin de motiver l'emploi du subjonctif, a été cause pendant longtemps du maintien de l'indicatif. Au lieu donc d'affirmer que le subjonctif, chez Tite-Live et les écrivains suivants, sert à marquer l'idée de répétition, on devrait montrer dans quelles conditions et pour quelles raisons le subjonctif s'est introduit dans les exemples dont nous parlons, malgré l'idée de répétition. » (*Revue de Philologie*, VIII (1884), p. 76).

(3) « Je trouve qu'en pareil cas (dans les phrases itératives) le subjonctif ne s'explique pas du tout par les règles ordinaires de l'emploi de ce mode... Ici, comme ailleurs, le subjonctif a été employé *par abus* là où il n'avait pas de raison d'être et là où la syntaxe la plus correcte aurait demandé l'indicatif. » (*Etudes*, p. 294, note).

(4) « Nachdem einmal *quom* mit Konjunktiv Sprachregel geworden war, lag es nahe namentlich bei den Schriftstellern, welche für griechische Einflüsse zugänglich waren, diesen Konjunktiv wie den griech. Optativ zum Ausdruck der Wiederholung zu brauchen. Natürlich hielten sich die Klassiker dieser Konstruktion möglichst fern, Sall. vollständig, auch Liv.; dagegen im silbernen Latein... kommt dieser iterative Konj. immer mehr auf. » (*Lat. Syntax*, I, § 272, p. 349). Cf. *Lat. Syntax*, III, p. 364.

(5) *Die Cum-Konstruktionen*, p. 293 et p. 294, 1. n.

(6) *Étude sur les hellénismes*, pp. 362-366.

(7) « Je me demande si c'est bien l'analogie des propositions temporelles ou conditionnelles du latin qui a fait sentir son action aux propositions relatives indétermi-

Ex his omnibus sententiis illud primum videtur clucere, quod exemplis modo confirmabitur, subiunctivum iterativum, a classicis auctoribus aegre ac vix receptum, apud recentiores magis magisque floruisse. Quod quidem ita tritum est atque pervulgatum, ut qui hoc defendat veterem quandam cantilenam decantare videatur ; sed eum id ipsum nuper ab A. Dittmar⁽¹⁾ impugnatum sit, necesse erit rursus inquirere, utrum iure an iniuria grammaticorum iudicium reseiderit.

Qua autem de causa hic usus subiunctivi in Latinam linguam irrepserit, etiam nunc inter grammaticos ambigitur, ut ex ea, quam proxime feci, sententiarum enumeratione patet, neque in tam diffili tamque a viris doctissimis exagitata quaestione quicquam affirmare equidem ausim ; non possum tamen quin mecum reputem, quam scite prudenterque in libri sui praefatione H. Goelzer scripsedit, in rerum grammaticarum causis investigandis numquam nisi necessario ad Graecorum imitationem confugiendum esse⁽²⁾. Quod cum ita sit, vix ac ne vix quidem adducor ut credam, in his sententiis subiunctivum Latinum ad similitudinem optativi Graeci esse usurpatum, atque libentius Gulielmi Hale sententiam equidem probaverim.

Etenim, ut satis notum est atque etiam ex proximis exemplis patebit, apud Ciceronem nusquam fere occurrit subiunctivus ille iterationis, nisi tempore imperfecto aut plusquamperfecto, coniunctione *cum* praemissa. Huius autem utriusque temporis subiunctivi usu post eam coniunctionem cum nihil sit frequentius in iis sententiis, quibus res singulares enuntiantur, facile intellegitur eam formam dicendi in cuiusque generis sententias serpere ac penetrare potuisse, cum praesertim plurima iam essent genera sententiarum, quibus res iteratae enuntiarentur, et quarum tamen ea vis esset ac significatio, ut in iis necessario subiunctivus usurpandus esset. Nam cum, exempli causa, Cicero dixit : *Is Clodius, cum cotulit*

nées : je crois que dans un cas comme dans l'autre, on doit reconnaître l'influence de la syntaxe grecque. C'est parce que l'on remarquait qu'en grec les propositions indéterminées, qui auraient dû être à l'imparfait ou au plus-que-parfait, avaient leur verbe à l'optatif présent ou à l'optatif négatif qu'on a eu l'idée d'utiliser cette construction et d'employer ici le plus-que-parfait, la l'imparfait du subjonctif. *Grammaire comparée*, p. 424, n° 3.

1) *Studien*, p. 146, et seqq.

2) En général, il faut, ayant de conclure à une *imitation ouïue de la syntaxe grecque*, s'assurer que les lois mêmes de la langue latine ne fourissent pas l'explication cherchée. *Grammaire comparée. Introduction*, p. 16.

gladiatores spectaret, numquam est conspectus, cum veniret (Sest. 129), in hac prima sua sententia, *cum cotidie... spectaret*, rem iteratam, immo cotidianam consuetudinem significavit, subiunctivum tamen usurpavit, quo intellegetur, quantopere huic pristinae consuetudini eorum dierum fuga ac receptus repugnaret. In ea autem sententia, quae hanc proxime antecedit, sic dixit : *Cum erat reclamatum semivisis mercennariorum vocibus, populum Romanum negare dicebat*. Ibi, cum nulla oppositio inter utrumque membrum, nec quicquam praeter tempus esset significandum, Cicero more suo indicativum usurpavit. Multae autem tales intercedunt sententiae, in quibus ad tempus alia nota accedat aut causae aut oppositionis aut quasi cuiusdam vinculi, quo utrumque membrum inter se conectatur. Ex quo fieri potuit, ut in sententiis iterativis aeque atque in ceteris post coniunctionem *cum* subiunctivus saepius in dies usurparetur. Notum est enim et a Gulielmo Hale in primis luculenter demonstratum, ex comicorum aetate ad Livii subiunctivum imperfectum et plusquamperfectum post hanc coniunctionem in indicativi vicem paulatim successisse. Ita factum est, ut, *cum* imperfecti et plusquamperfecti subiunctivus usurparetur, praesentis vero et perfecti indicativus, repetitio praeterita subiunctivo, praesens indicativo enuntiari solita sit.

Quod cum in coniunctione *cum* iam usu vulgatum esset, in ceteris deinceps sententiis potuit propagari, sed ita sensim et lente, ut eius usus vestigium apud Ciceronem fere numquam, apud Caesarem perraro possit deprehendi (1).

Post hanc fortasse longiorem disputationem, ad ipsum Ciceronem tandem et Caesarem adgrediar, atque utriusque qui fuerit usus investigabo. Id forsitan inutile videatur, cum tot grammatici eorum vestigia indagarint, ut perpauci sint loci, quos non aliquis adhuc protulerit. Si quis tamen grammaticorum libros quamvis

(1) In hac tota disputatione referre neglexi opinionem, quam nuper protulit I.-B. Sturm (*über iterative Satzgefüge*, p. 26). Quemvis subiunctivum ea de causa usurpari putat, quod duplice quasi vinculo cum altero verbo coniunctum sit, et quasi id constet, subiunctivi iterativi causam eam esse contendit, quod simul et iteratio et causa aut condicio aut aliud eius modi significandum sit : « Der Beweis endlich, warum die römischen Schriftsteller an den Stellen, wo ein Zusammentreffen des Iterativen mit Begründung, Bedingung oder Einräumung ausgedrückt werden sollte, statt des iterativen Indikativs den Konjunktiv gesetzt haben, fußt auf dem Satze, dass doppelt abhängige Prädikatsverba im Lateinischen konjunktivisch sind ». Hoc si verum esset, in tali sententia subiunctivus esset usurpandus : *bellum habet susceptum consulatus cum tribunatu, quia persaepe tribunis plebis consules obstiterunt* (Ag. 2. 14). Ibi enim et causa significatur et iteratio.

strictim evolverit, eos ea in re tanto discriminare separari animadvertiset, ut fere nihil adhuc certi constitutum esse intellegat. Nam, exempli causa, Ciceroniana subiunctivi exempla post coniunctionem *cum* Dräger II, 574 profert quattuor, Kulmer II, 795 sex, Riemann p. 342, n. 1 quinque, Riemann-Götzler p. 471 quattuor, Hale (p. 292) quattuordecim, Dittmar vero (p. 146 et seqq.) plura eius modi esse profitetur, quam ut possint numerari, neque imperfecto tantum tempore aut plusquamperfecto, sed etiam praesenti et perfecto.

Ex hoc tanto discriminare appareat non similia exempla ab omnibus conquiri; non nulla enim A. Dittmar protulit, quae ad hunc, quem consideramus, usum subiunctivi minime possunt referri, v. g. :

Cum cotidie gladiatores spectaret, numquam est conspectus, *cum reniret*, Sest. 126.

De priore subiunctivo *cum... spectaret* nihil est dicendum, cum et eum iam sim interpretatus (1), neque eo utatur A. Dittmar; alterum cur proferat, equidem non intellego, non solum quia ille Clodi adventus aut conspectus iterari non potuit, qui numquam fuerit, sed quia de medio mihi removendi videntur quicunque loci necessario subiunctivum requirunt (cf. supra, p. 39) : *jure* igitur G. Hale (2) eas omnes neglexit sententias : *saepe audivi cum diceret*, *saepe accusavit cum adfirmaret*, *cotidie meam potentiam criminabatur cum diceret* (3), *aspectus est cum veniret*, etc. Similiter etiam reicienda sunt ea omnia exempla, ubi ea praesertim de causa subiunctivus usurpatur, ut vel *causa significetur*, vel inter utrumque membrum oppositio⁴, eaque sola proferenda sunt, in quibus pro coniunctione *cum quotienscumque* ita dici potest, ut imminuat fortasse vis verbi, sed non totius sententiae significatio commutetur.

Iis autem subiunctivi exemplis indicativi conabor adiungere, quod quamquam in ea re a plerisque omitti solet, ita tamen necessarium mihi videtur, ut, qui Ciceronis fuerit usus, minime

1 V. supra, p. 40.

2 P. 283.

3 Minus recte in eo exemplo subiunctivum Iterationis istud est R. Kulmer, f.).

4 Ad eam vim adversativum totum subiunctivum iterativum Böck (p. 94) refereatur: « *Cum* erhält durch den concessiven Sinn des Satzes *hinsichtlich* die Bedeutung von *quotienscumque*. Dies gilt von allen sogenannten iterativen *cum*-Sätzen mit dem Coniunctiv, deren es eine stattliche Anzahl gibt. » Ich habe es als unrichtig nicht possum.

cognosci posse credam, nisi cum indicativis subiunctivi conferantur.

1^o) Apud Caesarem reperiuntur

α) Exempla subiunctivi duodecim (1) :

Gallis magno erat impedimento, quod... cum ferrum se *inflexisset*, neque evellere neque... pugnare poterant. B. G. I. 23. 3. Quod erat insigne, cum ad arma concurri *oporteret* (2). B. G. II. 20. 1. Cum equitatus noster... se in agros *effunderet* (3)... essedarios ex silvis emittebat. B. G. V. 19. 2. Frumentationes observabat, nostrosque, cum longius necessario *procederent*, adoriebatur. B. G. VII. 46. 3. Caesar cum in opere singulas legiones *appellareret* et... se dimissurum oppugnationem *diceret*, universi ab eo ne id faceret petebant. B. G. VII. 17. 4. Cum uterque utrimque *exisset* exercitus, in conspectu fereque e regione Caesaris castra ponebat. B. G. VII. 33. 1. Cum suos pugna superiores esse Galli *confiderent* et nostros multitudine premi *viderent* (4), ex omnibus partibus... suorum animos confirmabant. B. G. VII. 80. 4. Cum cohortes ex acie *procucurrisserent*, Numidae... impetum nostrorum effugiebant. B. C. II. 41. 6. Quae cum navibus nostris *propinquassent*, nostri veterani in portum refugiebant. B. C. III. 24. 2. Non illis hordeum cum *daretur*, non legumina recusabant. B. C. III. 47. 6. Ex hoc effectos panes, cum in colloquiis Pompeiani famem nostris *obiretarent*, vulgo in eos iaciebant. B. C. III. 48. 2. Cum animum *advertisserent*... cohortes nostras ad munitiones excubare,... in multitudinem sagittas coiciebant. B. C. III. 50. 1 (5).

Praeter hos duodecim locos, sex sunt in quibus subiunctivus iterativus ab alio subiunctivo pendeat, ex quo fit ut, qua de causa subiunctivus usurpetur, dubitari possit :

Hostes... tantam virtutem praestiterunt, ut, cum primi eorum *cecidissent* (6), proximi iacentibus insisterent. B. G. II. 27. 3. Erant eius modi fere situs oppidorum, ut... neque pedibus aditum haberent, cum ex alto se aestus *incitavisset*... B. G. III. 12. 1. Accedebat, ut, cum saevire ventus *coepisset* et se vento *dedisset*, tempestatem ferrent facilius. B. G. III. 13. 9. Relinquebatur, ut, cum eius modi locis *esset appropinquatum*, legionum signa consistere iuberent. B. C. I. 79. 4. Omnia erant tumultus... plena, adeo ut, cum Caesar signa fugientium manu prenderet et consistere iuberet, alii... confugerent, alii... B. C. III. 69. 4.

(1) Cf. Reinhardt, *Tempora und Modi*, p. 23; Frölich, *Adverbialsätze*, I, 12; Procksch, *Consecutio temporum*, p. 11; praesertim Sturm, *Iterative Satzgefüge*, ubi si non omnia haec exempla, multo tamen plura quam in ceteris grammaticorum libris reperiuntur; quaedam etiam alia adiecta sunt, quae mihi minus probantur.

(2) Hanc integrum sententiam post Ald. delet Meusel.

(3) *Effunderet* : β, Meusel; *viceret* : S; *viererat* : ς.

(4) Vis iterativa huius loci magis eluctet, si cum ea Thucydidis simillima sententia comparatur : δι τούτους οὕτως τῆς θέσης καὶ οὐ πάντων ἄλλων εἰς τὸ στόθο σκοπούντων, εἴ γε τινες θύσιέν πη τοὺς σφετέρους ἐπικρατῶντας, ἀνεβάστησάν τε ἐν καὶ πόθε ἀναίνεται θέση γὰρ στρατεῖαι σφαῖς τῆς συγκρίσεως ἐπέποντο 7. 71. 3.

(5) Forsitan hūc addi possit : *cum consistenter*. B. G. III. 13. 1. v. *infra*.

(6) *Cecidissent* om. β.

His erat rebus effectum, ut... Pompeianorum impetum, cum adesset usus, sustinere auderent. B. C. III. 84. 4.

β) Exempla indicativi octo (1) :

His cum funes... comprehensi adductique erant, invigio remis incitato praeerumpabantur. B. G. III. 14. 6. Haec cum... in flumen deficerat festueisque adegerat... iis item contraria duo... statuebat. B. G. IV. 17. 4. 5. Cum quaepiam cohors ex orbe recesserit alque impetum fecerat, hostes velocissime refugiebant. B. G. V. 33. 1. Cum in eum locum... reverti cooperant, circumveniebantur. B. G. V. 33. 3. Quas faleces cum destinaverant, tormentis introrsus reducebant. B. G. VII. 22. 2. Cum proprius erat necessario ventum,... ad virtutem montanorum confugiebant. B. C. I. 58. 2. Cum vallis... suberat... tum magno erat in periculo res. B. C. I. 79. 3. Quae cum erant loca Caesari capienda,... sagittarios funditoresque mittebat. B. C. III. 44. 6.

His octo locis etiamsi adnumerantur duo dubii 2. quorum alterum in priorem seriem congreSSI, pauciora tamen indicativi exempla quam subiunctivi in iteratione apud Caesarem occurrere patet, cum contra apud Ciceronem subiunctivus rarius, saepius indicativus reperiatur, ut ex iis, qui infra laudantur, locis elucebit.

2) Apud Ciceronem.

α) Exempla subiunctivi undeviginti (3) :

Equidem cum peterem magistratum, solebam in prensando dimittere a me Scaevolam. De Or. I. 112. Sententia cum indicibus daretur, interrogabatur reus. De Or. I. 232. Cum de aequo et bono disputaretur, (erat) argumentorum... copia. Brut. 143. Qui (Hortensius) cum partire tur tecum causas... perorandi locum... semper tibi relinquebat. Brut. 190. Nec vero ille artifex cum faceret Iovis formam aut Minervae, contemplabatur aliquem. Or. 9. Saepe, ut sit, cum ipse te confirmasses, cum statuisses mentionem de pecunia facere, cum paratus renisses, homo timidus... subito ipse te retinebas. Quine. 39 (4). Cum in convivium venisset, si quiequam caelati aspicerat, manus abstinere non poterat. Ver. 4. 48. Qui prima illa initia aetatis integra... praestitisset, de eius fama... cum is iam se corroborarisset ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. Cael. 11. Q. Scaevela, cum de iure praediatorio consuleretur,.. consultores suos non numquam ad Furium... reiciebat. Bal.

(1) Hos omnes locos iam enumeravit Riemann. *Studies*, p. 29.

(2) *Cum circumstiterent* iavar. *circumstiterent* B. G. III. 15. 4. *cum offendere* iavar. *ericeret*, *ericerat* B. G. V. B. 2

(3) Haec omnia ferre exempla propter Quine. 39 Nat. d. 3. 8 apud G. Hilde reperiuntur loc. laud. : alia etiam laudat non nulli, quae mihi videtur in 2[er]c. nulla. *Hoc saepe intelleximus, cum essemus etiam domi, illam tunc exstingimus*. De Or. 2. 2. Iterationem in verbo intelleximus inesse video in sententia *cum essemus* nullam esse credo. *In historiad. quo tu es usus in omni seruare cum quibus quis illi ostendisset*, exponebas (Brut. 292). *Cum exponebas* multo idem sonore videtur, quid expomens, et totum exemplum esse referendum ad ea, quae G. Hilde congesit p. 223 et seqq. *Cum id minus contingere, leges sunt inventae*. Off. 2. 42. Hoc loco causa mihī, non iteratio significari videtur.

(4) Hoc loco fortasse vim adversativam habet subiunctivus.

53. Quod cum *fecissent*, permulti saepe vicerunt. Rab. Post. 10. Deiotarum cum plures in equum *sustulissent*, quod haerere in eo senex posset, admirari solebamus... hic vero adulescens... cum in illo nostro exercitu *equitaret*... quos concursus facere solebat! Dei. 28. Antea cum hostem ac bellum *nominassem*, semel et saepius sententiam meam de numero sententiарum sustulerunt. Phil. 14. 22. A. Varius... dicere solebat, cum datis testibus alii tamen *citarentur*: aut hoc testium satis est aut nescio, quid satis sit. Fin. 2. 62. Te quoque, inquit, animadverti, Cotta, saepe, cum in foro *dices* (1), quam plurimis posses argumentis onerare iudicem. Nat. d. 3. 8. Cum imperator exercitum, censor populum *lustraret*, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. Div. 1. 102. Semper huic generi, cum plebes... debilitata *deficeret*... sublevatio et medicina quaesita est. Rep. 2. 59. Cum *premeretur* inops multitudo... ad unum aliquem configubiebant...; qui cum *prohiberet* iniuria tenuiores,... summos cum infimis pari iure retinebat. Off. 2. 41.

β) Exempla indicativi in omnibus Ciceronis libris conquirere non potui; ea solum proferam, quae in orationibus repperi et in libris philosophicis; quae si cum subiunctivis conferuntur, iudicari potest Cicero in iteratione etiam praeterita subiunctivo indicativum anteposuisse, cum in his utrisque libris subiunctivi quattuordecim reperiantur, indicativi vero duo et quadraginta :

A qua muliere cum *erat* ad eum ventum et in aurem eius insusuratum, alias revocabat eos... alias... Ver. 1. 120. Id cum *faciebat*, nemo dubitabat, quin... Ver. 2. 33. Ex lege Rupilia sortitio nulla, nisi cum nihil *intererat* istius. Ver. 2. 34. Ille erat... in convivio dominus, ac tum maxime, cum... saltare in convivio nudus *cooperat*. Ver. 3. 23. Quis istuc Apronio attribuebat, cum aratorem aliquem *everterat*, aut Timarchidi, cum... pecuniam *aceperat*, aut Sextio, cum aliquem innocentem securi *percusserat*? Ver. 3. 156. Cum diutius in negotio curaque fueram... ad Carpinati praeflaras tabulas revertiebar. Ver. 4. 137. Cum ver esse *cooperat* (... cum rosam *riderat*, tum incipere ver arbitrabatur), dabat se labori atque itineribus. Ver. 5. 27. Cum ad aliquod oppidum *renerat*, eadem lectica usque in cubiculum deferebatur. Ib. Quae iste in provincia palam dictabat, cum ea, quae faciebat, tua se fiducia facere *dicebat*... Ver. 5. 176. Antea, cum *erat*... mentio legis agrariae facta, continuo, qui agros publicos... tenebant, extimescebant. Ag. 2. 68. Neque vero, cum aliquid *mandarat*, confectum putabat. Cat. 3. 16. Cum mihi patriae... *veniebat* in mentem et... cum einis patriae versari ante oculos... *cooperat*, tum denique ei resistebam. Sul. 19. Cum in theatro imperiti homines... *concederant*, tum bella inutilia suscepientibant. Flacc. 16. Antea, cum *dixerat* accusator... cumque defensor... *responderat*, tertius ille erat exspectatus locus testium. Flacc. 21. Cum in senatu privati, ut de me sententias ferrent, *flagitabant*, legem illi se Clodium timere dicebant. Sest. 69. Cum *erat* reclamatum semivivis mercenniorum vocibus, populum Romanum negare dicebat. Sest. 426. Emerget subito, cum sub tabulas *subrepserat*. Ib. An tum eratis consules, cum, quacumque de re verbum facere cooperatis,.. cunctus ordo *recla-*

(1) Hic forsitan sermo sit obliquus et propterea subiunctivus usurpatus.

mabat? Pis. 29. *Isto in genere fuimus ipsi, cum ambitionis nostrae tempora postulabant.* Plane. 43. *Cum erant appellati... statim contra dicere solebant.* Rab. Post. 10. *Comites Gracilii, quocumque ibat, etiam cum in castra Etrusca properabat.* Mil. 33. *Cum erat ventum ad aedem Concordiae, gradus complebantur.* Phil. 3. 18. *Qui umquam... dies laetiores fuerunt, quam cum in singulis versibus populus Romanus...* Brut. *memoriam prosequebatur?* Phil. 10. 8. *Haec... renovabat, cum licebat, legendo.* Ac. 1. 11. *Li cum ovum insperabant, quae id galina peperisset, dicere solebant.* Ac. 2. 37. *Quaeritur... qualis visio fuerit... somniantium tum, cum morebantur.* Ac. 2. 90. *Cum aliquid huius modi inciderat, sic ludere Carneades solebat.* Ac. 2. 98. *Cum extensis digitis adversam manum ostenderat, « visum », inquietabat, « huius modi est »; dein cum paulum digitos contrarerat, « adsensus huius modi ».* Tum cum plane *compresserat pugnumque fecerat, comprehensionem illam esse dicebat.* Ac. 2. 143. *Cum (G. Marius) aestu magno ducebant exercitum, laborabat.* Tusc. 2. 33. *Cum sontes ferro depugnabant... nulla poterat esse fortior... disciplina.* Tusc. 2. 41. *Gladios hostium videbant Decii, cum in aciem eorum inruebant.* Tusc. 2. 59. *Eum ipsum (ponticulum), cum forem cubiculi clauserat, detorquetabat.* Tusc. 3. 59. *Cum, quorum res esset, sua ipsi non videbant, caeum adhibebant ducem.* Tusc. 5. 112. *Cuius focum Cato ille noster, cum venerat ad se in Sabinos, visere solebat.* Rep. 3. 40. *Quam cum proximi fecerant obductaque terra erat, frugibus obserebatur.* Leg. 2. 63. *Cum palam eius anuli ad palmarum converterat, a nullo videbatur... idem rursus videbatur, cum in locum anulum inverterat.* Off. 3. 98. *Male etiam Curio, cum causam Transpadanorum aequam esse dicebat, semper autem addebat : « Vineat utilitas! »* Off. 3. 88. *Ceteri senes... cum rem publicam... defendebant, nihil agebant?* Cat. m. 13. *Ea (sidera) celeritate vinci a tardioribus et, cum superabant, superari videbantur.* Tim. 30.

Ex iis omnibus Caesarianis Ciceronianisque locis mihi videtur elucere in modis iterativis post coniunctionem *cum* usurpandis non eundem utriusque fuisse usum, sed Caesarem ea in re potius ceteris historicis quam Ciceroni adnumerandum esse. Restat, ut ad ceteras particulas pergam; quae cum raro apud utrumque cum subiunctivo coniungantur, brevi praececidam nec indicativi exempla, quae plurima sunt, enumerare temptabo.

1) *Qui.*

a) *Apud Caesarem, dubii loci tres :*

Hi (Hispani) suos notos hospitesque quaerebant, per quem quisque eorum aditum commendationis haberet ad Caesarem. B. C. I. 74. 5. Hoc loco, Menge (1) subiunctivo iterationem significari contendit; nescio an potius sit intellegendum, quae mens fuerit Hispanorum et quem finem sint persecuti (2).

Quae res et latus unum castrorum ripis fluminis muniebat, et, post eum quae essent, tuta ab hostibus reddebat. B. G. II. 5. 5. *essent : α;*

1) *Das Relativum*, p. 28.

2) Cf. Kraner-Hofmann : *Per quem quisque haberet* — um durch ihn zu haben —

erant : β, Meusel. Si servatur subiunctivus, libentius credam iterationem quam mentem Caesaris significari (1).

Quas Caesar esse amicas civitates arbitrabatur, his graviora onera iniungebat... qui verba atque orationem adversus rem publicam *habuissent*, eorum bona in publicum addicebat. B. C. II. 48. 5. Hic agre ac vix crediderim sermonem obliquum potius quam iterationem significari.

b) Apud Ciceronem quinque exempla (2) :

(Socrates) quam se cumque in partem *dedisset*, omnium fuit facile princeps. De Or. 3. 60.

(Solebat) quibus opus *esset*, metum offerre, quibus *expediret*, spem ostendere. Ver. 2. 133.

Qua in aetate nisi qui se ipse sua gravitate... *defenderet*, quoquo modo a suis custoditus *esset*, tamen infamiam veram effugere non poterat. Sed qui prima illa initia aetatis integra... *praestitisset*, de eius fama... nemo loquebatur. Cael. 11.

Item in lustranda colonia ab eo, qui eam *deduceret*, et cum imperator exercitum... lustraret, bonis nominibus, qui hostias ducerent, eligebantur. Div. 4. 102.

Nobis erant ea perpetienda, quae Sp. Maecius *probavisset*. Fam. 7. 1. 1.

2^e) *Ubi*.

a) Apud Caesarem semel subiunctivus occurrit :

Ubi aut spatium inter muros aut inbecillitas materiae postulare *vide-retur*, pilae interponuntur. B. C. II. 13. 2.

b) Apud Ciceronem deest.

3^e) *Si, sin, seu.*

a) Apud Caesarem duo subiunctivi exempla :

Sin locum tenere *vellent*, nec virtuti locus relinquebatur, neque... B. G. V. 33. 4 (3).

Si quis a domino *prehenderetur*, consensu militum eripiebatur. B. C. III. 110. 4.

Tertium addit exemplum G. Hale :

Quos sibi ad consilium capiendum delegerat, prima luce cotidie ad se convenire iubebat, seu quid communicandum seu quid administrandum *videretur*. B. G. VII. 36. 3.

Sed hic libentius L. Dosson auctorem separar : « le subjonctif, parce que César rapporte les paroles de Vercingétorix ».

1 Cf. tamen Menge, *Das Relativum*, p. 24, et Dosson atque Constans ad hunc locum. Reinhardt *Tempora und Modi*, p. 26; incertum quiddam et quasi condicionale hoc subiunctivo significari putat. Ei adsentiri nullo modo possum.

(2) Ex iis tria apud G. Hale (p. 296) reperiuntur, quartum apud Riemann (*Syntaxe*, p. 342, in n.).

(3) De hoc loco aliter sentit P. Lejay (*Revue critique*, 1899, t. II, p. 212), cui adsentiri non possum.

b) Apud Ciceronem tria :

Erat Athenis, si frons capitalis non esset, quasi poena aestimatio. De Or. I. 232. Quem tu in cohorte tua Cassianum indicem habebas, si quae res maior esset. Ver. 3. 137. Nisi qui se defendere. Cael. II. i. *supra*.

Ex hae igitur tota disputatione colligi potest in iteratis rebus enuntiandis post coniunctionem *cum* a Caesare subiunctivum, a Cicerone indicativum saepius esse usurpatum, post ceteras autem voces ab utroque indicativum subiunctivo solitum esse anteponi (1).

III. SUBIUNCTIVES USURPATUS POST *antequam* ET *priusquam*.

In sententiis praeteriti temporis, quibus *priusquam* vel *antequam* praepositum est, Cicero saepissime, Caesar vix umquam indicativum usurpavit (2).

I. Ubicumque sententia praecipua negativa est, apud Ciceronem in altera sententia indicativus occurrit, quae res cum sit ita vulgata, unum aut alterum exemplum notare satis erit (3) :

Non prius exercitum... movisti, quam de Antoni fuga *audisti*. Ad Brut. I. 2. 2. Non prius sum conatus misericordiam aliis cominovere, quam misericordia *sum ipse captus*. De Or. 2. 195.

Apud Caesarem (4), indicativi unum est exemplum certum, subiunctivi unum, dubia exempla duo :

Nec prius ille est a propugnatoribus vacuus relictus locus, quam... finis *est pugnandi factus*. B. G. VII. 25. 4.

Nec prius sunt visi obiectis ab ea parte silvis, quam castris *adpropin quarent* (5). B. G. VI. 37. 2.

I. Hic animadvertis potest etiam apud utriusque aequalem, Catullum, subiunctivum iterativum post *cum* esse usurpatum :

Annua cum festis renissent sacra diebus.

64. 388).

2 Cf. Ilg, *über den Gebrauch von *antequam* und *priusquam* bei Caesar*. *Kolloquium Blatt für die Gelehrten und Beamschen Württembergs*, 1886, pp. 463-469.

(3) V. Anton, *Beobachtungen über die Construction der lateinischen Zeitpartikeln *Antequam* und *Priusquam**. Erfurt, 1871, p. 26. Hoffmann, *Zeitpartikeln*, p. 173.

4 Referre omittere sententias subiunctivas, quae a subiunctivo vel infinitivo pendent; duas etiam sententias praetermitto, in quibus finis aperte significatur : *Non prius Viridiorum reliq... isque duxes ex caeruleo similitum*, quae ab iis sit possum. B. G. III. 18. 7. *Neque ab eo prius Domitianum milites discenderat*, quae in conspectum Cæsaris deducatur. B. C. I. 22. 2.

5 Riemann, *Etudes*, p. 300, n. 1 brune locum corrigerem templavit nullus autem editor, quod sciam, eius auctoritatem est secutus. Sententiam autem alii alter interpretati sunt; v. Anton, *Beobachtungen*, p. 31; Ilg, l. l., p. 463; Wetzel, *Gebrauch der Tempora im Lateinischen* Paderborn, 1890, p. 66.

Nec prius fugere destiterunt, quam ad flumen Rhenum... *pervenirent*. B. G. I. 53. 1. (*perrenerunt* : *Parisinus* 1², β, editores; *pervenirent* : α). Neque finem prius sequendi fecerunt, quam muro oppidi portisque *adpropinquarunt*. B. G. VII. 47. 3. (*Adpropinquarent* : *Ashburnhamianus*, β; *adpropinquarunt* : cett. codd., edd.)

2) Post sententias confirmativas, Cicero saepissime modum indicativum usurpavit (1) :

Pupillus ante mortuus est, quam in suam tutelam *venit*. Inv. 2. 62. Saeculis multis ante gymnasia inventa sunt, quam in iis philosophis garrisce cooperunt. De Or. 2. 21. Illam sapientiam constituendae civitatis duobus prope saeculis ante cognovit, quam eam Graeci natam esse *senserunt*. De Or. 2. 154. Ante quam *delectata est* Atheniensium civitas hac laude dicendi, multa iam memorabilia... effecerat. Brut. 49. Quam orationem in Origines suas rettulit, paucis ante, quam *mortuus est*, an diebus an mensibus. Brut. 89. Perspecta est utriusque nostrum exercitatio paulo ante, quam perterritum armis hoc studium... *conticuit*. Brut. 324. An, antequam *postulasti*, ut bona possidere, misisti...? Quint. 81. Usque eo animadverte eum iocari... antequam Chrysogonium *nominavi*. Rosc. 60. Cuius ante praedia possedisti, quam ipsum *cognovisti*. Rosc. 145. Omne illud tempus, quod fuit, antequam iste ad magistratus... *accessit*. Ver. 1. 33. Mortuus est... nescio an antequam Verres praeturam petere *coepit*. Ver. 1. 425. Aliquanto ante, quam *est mortuus*, omnia utenda ac possidenda tradiderat. Ver. 2. 46. Ante quam ego in Siciliam *veni*, (fuit eius modi) in maximis rebus. Ver. 2. 140. Ista ante facta sunt, quam iste Italiam *attigit*. Ver. 2. 161. Nympho, antequam plaine *constituit*, condemnatur. Ver. 3. 54. Causam sibi dicendam esse statuerat iam ante, quam hoc usu *venit*. Ver. 5. 101. Paulo ante, quam nos in forum *venimus*... hanc sententiam defendit. Caec. 53. Liberos prius vita privavit, quam... lucem accipere *potuerunt*. Clu. 31. Senatus multo ante, quam *est lata lex de me*, gratias agendas censuit. Dom. 85. Quod ego... priusquam loqui *coepisti*... sensi. Vat. 4. Me, antequam *vidit*, rei publicae reddidit. Lig. 7. Ante factum *vidimus*, quam futurum quisquam *est suspicatus*. Phil. 5. 7. Antequam nos id coacti *suscepimus*, in pace iacere quam in bello vigere maluit. Phil. 10. 14. Cui fui semper amicus, antequam ille rei publicae... *est factus* inimicus. Phil. 12. 23. Mihi tamen, antequam in provinciam *veni*, redditae sunt a te litterae. Fam. 3. 6. 4. Antequam ex Asia *egressus es*, ad me litteras misisti. Fam. 3. 9. 1. Priusquam tuas *legi* litteras, quaesivi de mea Tullia. Fam. 7. 23. 4. Antequam me plane *salutavit*, O mi Cicero, inquit... Fam. 9. 14. 3. Necessitudinem constitutam habui cum domo vestra ante aliquanto, quam tu *natus es*. Fam. 10. 3. 2. Eui ego semper amicus fui, antequam illum *intellexi*... cum re publica bellum gerere. Fam. 11. 5. 2. Antequam Philonem *cognocimus*, valde ut philosophus... probabatur. Fam. 43. 1. 2. Antequam tuas *legi* litteras, in legationem hominem ire cupiebam. Att. 2. 7. 2. Aliiquid habebant solacii, antequam eo *venisti* a Pompeio. Att. 3. 9. 2. Annis XIIII ante, quam

(1) Subiunctivi etiam exempla apud eum non desunt; ea tamen cum minus ad propositum meum pertineant, referre omissam.

praetor *factus est*, legatus esse potuisset. Att. 13. 32. 3. Ante prefectus est, quam ego eum venisse *cognori*. Att. 13. 1. 2. Antequam ad eum locum *veni*, valde mihi placebat. Att. 13. 7. Antequam tuas litteras *aceperimus*, audita res erat. Ad Brut. 2. 4. 5. Haec Aufidius fere... paulo ante, quam *est mortuus*. Ac. 2. 61. Ante iudicasti Epicureum te esse oportere, quam ista *cognoristi*. Nat. d. 1. 66. Facta conjectura etiam in Dionysio est paulo ante, quam regnare *coepit*. Div. 1. 73. Cum legatus noster esset anno fere ante, quam consul *est declaratus*. Rep. 1. 23. Attici, priusquam Theseus eos demigrare... *iussit*, sui erant. Leg. 2. 5. Antequam *constituit*, ictu fulminis deflagravit. Off. 3. 94. Cum sex annis ante, quam ego *natus sum*, fabulam docuissest. Cat. M. 50. Memini Catonem anno ante, quam *est mortuus*, mecum... disserere. Lae. 11. Id actum est praetore me quinquennio ante, quam consul *sum factus*. Lae. 96.

In iis sententiis Caesar indicativum numquam, semper subiunctivum usurpavit; ea tantum exempla laudabo, ubi sententia temporis nec a subiunctivo nec ab infinitivo pendet:

Priusquam quiequam *conaretur*, Diviciacum ad se vocari iubet. B. G. I. 49. 3. Priusquam se hostes ex terrore et fuga *reciperent*, in fines Suessionum... exercitum duxit. B. G. II. 12. 1. Prius in hostium castris constiterunt, quam plane ab his videri... *posset*. B. G. III. 26. 3. Priusquam ea pars Menapiorum... certior *ficeret*, flumen transierunt. B. G. IV. 4. 7. Prius ad hostium castra pervenit, quam quid ageretur Germani sentire *possent*. B. G. IV. 14. 1. Priusquam periculum *fueret*... C. Volusenum praemittit. B. G. IV. 21. 1. Priusquam... profugere *possent*... obsides sibi dare coegerit. B. G. VI. 3. 2. Prius quam id effici *posset*, adesse Romanos nuntiatur. B. G. VI. 4. 1. Prius omnes in unum locum cogit, quam de eius adventu Arvernus nuntiari *posset*. B. G. VII. 9. 5. Priusquam subsidio ex oppido veniri *posset*. duas ibi legiones conlocavit. B. G. VII. 36. 7. Prius suos discessisse cognoverunt, quam munitionibus *adpropinquarent*. B. G. VII. 82. 4. Omne prius est perfectum opus, quam *intellegeretur* ab Afranio castra muniri. B. C. I. 41. 3. Hunc (collem) celeriter, priusquam ab adversariis *sentiatur*, communit. B. C. I. 54. 4. Priusquam plane legiones explicari et consistere *possent*, tota auxilia regis... in fugam coiciunt. B. C. II. 26. 4. Priusquam telum adici *posset* aut nostri proprius *accederent*, omnis Vari acies terga vertit. B. C. II. 34. 6. Prius ad continentem visus est Caesar, quam de eius adventu fama... *perferretur*. B. C. III. 7. 2. Pervenit, priusquam Pompeius sentire *posset*. B. C. III. 67. 4. Primi Cassius... advolavit, quam Pomponius de eius adventu *cognosceret*. B. C. III. 101. 1. Quos... priusquam *audiret*, aut, eius rei causa missi essent, cognosceret, coripi atque interfici iussit. III. 109. 5.

Iis omnibus locis fateor non solam vim temporis coniunctioni inesse, sed aliquam aliam, qua vel finis vel contentio aliqua celeritatis significetur [1]; non igitur contendo eadem sententia a Ciceroni indicativum, a Caesare subiunctivum esse usurpatum, sed

[1] Cf. Ig. l. l., p. 465.

animadverto coniunctionibus *priusquam* et *antequam* apud Caesarem fere semper, apud Ciceronem multo rarius eam vim solitam esse accedere, quae subiunctivum requireret.

IV. USUS INFINITIVI IN SENTENTIIS COMPLETIVIS.

Et priscos scriptores et poëtas infinitivum in multis sententiis usurpasse, ubi ceteri subiunctivo et coniunctione *ut* soliti sint uti, ab omnibus grammaticis est notatum. Ea autem in re quamquam Caesar et Cicero longissime ab hac vulgari licentia recesserunt, non tamen pari intervallo ab ea diiuncti sunt, cum Cicero illuc declinare aliquando non sit veritus, Caesar autem constanter ab ea refugerit. Ut hoc discriben eluceat, diversa deinceps genera verborum enumerabo, singulaque proferam, quibus Cicero infinitivum, non autem Caesar, coniunxit.

1) Verba *accidendi*.

Caesar semel *quod* usurpavit (fr. 126.15), ceteris locis *ut*, Cicero non numquam infinitivum (1) :

Nec acciderat mihi *opus esse*. Fam. 6. 11. 4 (2). Ante cellere omnibus ingenii gloria contigit. Ar. 4 (3).

Huc non refero locum Tusculanarum, ubi infinitivus locum nominis mihi videtur obtinere :

Minime adsentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magno opere laudant... Nam *istuc nihil dolere* non sine magna mercede continet. Tusc. 3. 12.

2) Verba *rogandi*.

Apud Caesarem semper subiunctivus usurpatur sive nudus sive coniunctioni *ut* vel *ne* coniunctus, apud Ciceronem non numquam infinitivus :

Mihi ante oculos obversatur rei publicae dignitas, quae me ad sese rapit, haec minora *relinquere hortatur* (4). Sest. 7.

(1) Non numquam etiam propositionem infinitivam usurpavit : Videte, quam inique *accidat*, quia res indigna sit, ideo *turpem existimationem sequi*. Caec. 8. Illud per mirum *accidit tantam temeritatem fuisse in eo adulescente*. Fam. 3. 10. 5.

(2) His verbis *opus esse* crucem praeposuit Müller : « Sine cruce, inquit, Bait., Mendelss. Mihi non tam quam Schmalzio... satis facit Stuerenb. Arch. p. 49. » De hoc loco cf. Stinner, p. 32.

(3) *Contigit* : codd., Baiter, Thomas; *coepit* : Stuerenburg, Müller.

(4) De infinitivo sic usurpato post verbum *hortandi* et *monendi* cf. Riemann, *Revue Critique*, 1881, II, p. 166, n.

Ut cum sua libidines flagitiosae *fueri monerentur*. Ver. I. 63. Ratio ipsa *monet amicitiis competrare*. Fin. I. 66. Philippus hasne in capulo quadrigularis *ritari moneretur*? Fat. 3.

Ut ratio postulet *operi* aliquid. Fin. 3. 38.

Nemo *suscerit* studiosis dicendi adolescentibus in gestu discendo his trionum more *elaborare*. De Or. I. 231. Cum *mori sander*, Fin. 2. 95.

3) Verba *permittendi* et *praecipiendi*.

Post hoc utrumque verbum, Caesar semper subiunctivum (1), Cicero interdum infinitivum usurpavit :

Ipsis iudicibus conjecturam facere permittam. Ver. 5. 22.

Iustitia praecepit parere omnibus. Rep. 3. 23.

4) Verba *deterrendi*, *impediendi*, *vetandi*.

His verbis non videtur Caesar infinitivum umquam coniunxisse ; Ciceroniana vero exempla non desunt :

Nefarias eius libidines commemorare pudore deterreor. Ver. a. p. 14.
Agere, quae ad iudicium pertinebant, libere comitiorum metu *deterrebār*. Ver. a. p. 24.

Sulpicium *impedit* pudor... *exquirere*. De Or. I. 163. Quid est, quod te *impedit* aut solem aut mundum... in deorum numero *ponere*? Nat. d. I. 87. Quid est igitur, quod me *impedit* ea sequi? Off. 2. 8.

Quae (lex) dilucide *retat* (2) gladiatores... *dare*. Sest. 133. Lex Rupilia *retaret* diebus XXX *sortiri* (3) dicam. Ver. 2. 37. Quid pecuniae fiet? *Referre* in aerarium lex *retat*. Ag. 2. 72.

5) Verbum *consentiendi*.

Post verbum *consentiendi*, Caesar subiunctivum usurpat, praemissa coniunctione *ut*, Cicero non numquam infinitivum :

Cum... confiterentur... se urbem *inflammare*, cives *trucidare*, *rastare* Italiam, *delere* rem publicam *consensisse*. Phil. 2. 17. Si *consenserint* possessores non *rendere*, quid futurum est? Ag. I. 15.

6) Verba *accusandi*.

Ex his verbis apud Caesarem subiunctivus pendere solet, praemissa coniunctione *quod*, v. g. : *accusat quod...* *non sublevetur*. B. G. I. 16. 5; *incusavit, quod...* *putarent*. B. G. I. 40. 1; *castigavit, quod...* *haberent*. B. G. III. 60. 1. Infinitivus apud eum nusquam reperitur, apud Ciceronem autem non raro :

(1) Unus Caesaris locis exceptiobis est, in quo cum *potestque* bloni sacerdoti *quod providere*, non infinitivum ille quidem, sed propositionem infinitivam usurpavit : Haec de Vereingloria usu ventura opinione *proponitur*. B. G. VII. 9. 1 (90. 100. 100). *cepit*.

(2) Post verbum *et trahi* sepe Caesar usurpat propositum infinitivum, autem infinitivum numquam. Errat autem Lewis et Short, cum negant eum infinitivum non reperiiri nisi apud poetas.

(3) Forsan hoc loco *sortiri* vi passiva intellegendum sit, ut videtur intellegendum illo alio loco : *Vetat sortiri*, nubet extra sortem Theropis istum *convenire*. Var. 2. 127.

Ius amicitiae deserere arguerentur. Lae. 35. *Occidisse patrem Sex. Roscius arguitur.* Rosc. 17. Auctor illius iniuriae fuisse arguebatur. Ver. 1. 83.

Hirtuleium dissolvisse publicae tabulae coarguant. Font. 2.

Sullanas res defendere criminor. Ag. 3. 43.

Contra edictum fecisse damnabere. Ver. 3. 25.

Dat hospiti suo cuidam negotium, ut aliquem reperiret, quem illud fecisse insimularet. Ver. 4. 400. *Insimulant hominem fraudandi causa discessisse.* Ver. 2. 59. Queruntur, quod eos *insimulemus* omnia incerta dicere. Ac. 2. 32.

7) Verba affectus.

Apud Caesarem aut *quod* invenitur cum indicativo vel subiunctivo aut propositio infinitiva, infinitivus autem numquam, apud Ciceronem contra est :

Vultum Considi videre ferendum vix erat. Ag. 2. 93.

Non Asiam numquam *vidisse*, sed in Asia continenter *vixisse laudandum* est. Mur. 12.

Scipio... quem non *paenitebat facere* idem, quod tu, *habere eruditissimum hominem Panaetium domi.* Mur. 66. *Paenituit illa sensisse?* Cur non se transtulit ad alios? Ac. 2. 69. Efficunt, ut me non *didicisse minus paeniteat.* De Or. 2. 77.

8) Verbum *habendi* a Caesare numquam infinitivo coniunctum est, nisi ubi ad significationem verbi *existimandi* accedit (1) aut *statuendi* (2); apud Ciceronem vero dicendi vel scribendi opportunitas hoc verbo significari solet (3) :

Habeo etiam dicere, quem... in Tiberim deiecerit. Rosc. 400. Quid *habes igitur dicere?* Bal. 33. Quid *habes igitur de causa dicere?* Part. or. 9. Quid *habeo de orationis praceptis dicere?* Ib. 27. Quid *dicere habeant?* Ac. 2. 43 (4). De divis, neque ut sint neque ut non sint, *habeo dicere* (5). Nat. d. 1. 63. Haec fere *dicere habui.* Nat. d. 3. 93. De nostris somniis quid *habemus dicere?* Div. 2. 436.

De re publica nihil *habeo ad te scribere.* Att. 2. 22. 6.

Tantum *habeo polliceri, me...* Fam. 1. 5 a. 3.

(1) Intra annum vicesimum feminae notitiam *habuisse* in turpissimis *habent* rebus. B. G. VI. 21. 5.

(2) Hoc (fumen) neque ipse *transire habebat in animo* neque... B. G. VI. 7. 5.

(3) Cf. Stinner, pp. 52, 53, qui omnes Ciceronianos locos collegit, et Thielmann (*Archiv für lat. Lexik.* I (1884), pp. 48, seqq., *habere mit dem Infinitiv und die Entstehung des romanischen Futurums*), qui acute de hac tota materia disputavit.

(4) Recte animadvertisit Thielmann (p. 54) hoc loco et altero (Nat. d. 3. 9) verbum *habendi* alteri succedere, ceteris autem omnibus antecedere.

(5) Thielmann (p. 52) cum hoc loco confert sententiam Gorgiae, quam hic Cicero interpretatur : περὶ μὲν θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι εἴν' ὡς εἰστιν εἴν' ὡς οὐκ εἰστιν (Diog. Laert. 9. 51), unde colligit Ciceronem pro verbo Graeco εἰδέναι verbum *dicendi* potius quam *sciendi* aut *intellegendi* ea de causa usurpavisse, quod *habeo dicere* certa quaedam esset formula, quae nisi in cotidiano sermone commutari vix posset.

9) Verbum *fugiendi* sive personale sive impersonale a Cicerone cum infinitivo coniungitur, quod utrumque sermonis cotidiani videtur esse proprium et a Caesariana oratione prorsus alienum est(1) :

Non sit dubium, quin turpiter *facere* (2) cum periculo *fugitamus*, quod fugeremus etiam cum salute. Att. 10. 8. 3. Neque enim illud *fugram dicere*. De Or. 3. 433. Huic donis militaribus patris triumphum *decorare fugiendum fuit*. Mur. 44.

Non te *fugiet* ati concilio M. Bibuli. Att. 12. 19. 2. De Caesare *fugiat* me ad te scribere. Quint. fr. 2. 10 (12). 4. Cui rei *fugera* me *rescribere*. Att. 3. 12. 3. De Dionysio *fugit* me tibi *deere*. Att. 13. 21 a. 1. Eius (epistulae) exemplum *fugit* me tum tibi *mittere*. Att. 13. 31. 1. Non *fugisset* hoc Graecos homines, oratorem ipsum crudire in iure civili. De Or. 1. 233.

10) Huc etiam referenda sunt non nulla nomina cum verbo *esse* coniuncta :

Consilium est. Inde apud Caesarem subimmetivus pendet, praemissa coniunctione *ut* :

Id (3) esse consilium Caesaris, ut... hos omnes in Britanniam traductos *necaret*. B. G. V. 6. 3.

Apud Ciceronem, infinitivus :

Pomptinum... *exspectare consilium est*. Att. 5. 5. 1.

Ius est. Caesar *ut usurpat* :

Ius esse belli, *ut qui vicissent*, iis, quos vicissent... *imperarent*. B. G. I. 36. 1.

Cicero infinitivum (4) :

Si compascens ager est, *ius est compescere*. Top. 12. *Ius esset latrocini* *ntri*, *ius adulterare*, *ius testamenta falsa supponere*. Leg. 1. 43.

Ratio est. Apud Caesarem deest, apud Ciceronem non numquam cum infinitivo coniunctum invenitur :

Minari divisoribus ratio non erat. Ver. a. p. 24. Nullam *esse rationem amittere* eius modi occasionem. Caec. 15. Quae, malum! *est ista ratio*

1) Stinner (pp. 51 et 53) Ciceroniania exempla collecta habet.

2) Baier : *turpiter facere*.

3) In hac sententia non confinio, quia *et* expressum erat, *ut* erat usurpacionis. Haec enim propositione neutra cuiusvis formae sententiae possemiti possunt sive infinitivae sive subimmetivae, v. g. non *fugisset* aut *trahos homines* — *malorum ipsum crudire*. De Or. 1. 233.

4) Etiam propositionem infinitivum Cicerone usurpat. Si *quid ius non esset* (pp. 197). Dom. 105. Cui partus humis artes patere *ius non erat*. Phil. 8. 28. Cum enim illi curru *rehi ius esset*. Tusc. 1. 113.

semper optimis causis veteranorum nomen *opponere?* Phil. 10. 48. Ironiam alterius, perpetuam praesertim, nulla *suit ratio persequi*. Ac. 2. 74.

V. PARTICIPIUM PRO SUBSTANTIVO VERBALI USURPATUM.

Participium perfecti passivi cum substantivo coniunctum saepissime apud Livium idem valere quod nomen verbale satis notum est et a multis demonstratum (1); Ciceroniana etiam exempla non nulla grammatici proferunt, Caesariana autem minus. Ea enim in re ut in multis aliis Caesar multo cautius quam Cicero ad novam dicendi consuetudinem se accommodavit. Nusquam enim, quod sciam, participium passivum ea vi ab eo usurpatum nisi post prae-positionem *ante* et fortasse *post* :

Ante exactam hiemem. B. G. VI. 1. 4. *Ante primam confectam vigiliam.* B. G. VII. 3. 3. *Ante iter confectum.* B. C. III. 73. 1. *Ante proelium in Thessalia factum cognitum.* B. C. III. 100. 3. Paulo habuit *post id factum* Caesar quietiorem Galliam. B. G. V. 38. 7.

In hoc ultimo exemplo haud scio an potius *factum* substantivum sit quam participium.

Apud Ciceronem contra, praeterquam quod vel saepius quam apud Caesarem id participium post has coniunctiones occurrit (2), praeterea in multis aliis sententiis invenitur sive ut subiectum sive ut complementum verborum, nominum, praepositionum (3) :

Ti. Gracchum non solum *neglectus*, sed etiam *sublatus* intercessor evertit. Leg. 3. 24. Dubitabat nemo, quin *violati* hospites, legati *necati*, pacati atque socii nefario bello *lacestiti*, fana *verata* hanc tantam efficerent vastitatem. Pis. 83. Quae est igitur poena...? *suscepta* fraus, *impedita* et *oppressa* mens... nota *inusta* senatus, amissio (4) dignitatis. Pis. 43. Quid? illa in Pontum profectio... quid? debilitatio atque abiectioni animi... quid? quaestor aediliciis reiectis *praepositus*, legato-

(1) V. Riemann, *Etudes*, p. 103; Kühnast, p. 266.

(2) V. g. *Ante philosophiam patefactam*. Div. 1. 86. *Ante urbem captam*. Div. 1. 101. *Post reges exactos*. Brut. 34. *Post Romanam conditam*. Ver. 3. 81, etc. *Post Syracusas conditas*. Ver. 3. 138. *Post Messanam conditam*. Ver. 3. 169. *Post Veios captos*. Div. 1. 100. *Post acceptam cladem*. Div. 1. 101. *Post libertatem receptam*. Fin. 2. 66. *Post Hirtium convenutum*. Att. 10. 4. 6. *Post illas datas litteras*. Att. 4. 2. 2. *Post hanc habitam contionem*. Phil. 14. 16.

(3) Referre omittam ea exempla, ubi ablativus ut absolutus intellegi potest, v. g.: Numam sacris constitutis fundamenta iecisse nostrae civitatis. Nat. d. 3. 3. Hanc eius temeritatem senatus supplicatione *denegata* notavit. Prov. cons. 43.

(4) Animadvertisendum est in hoc exemplo et in duobus proximis nomen abstractum cum participio collatum: *amissio*, *profectio*, *debilitatio*, *abiectionis*, *traiectio*.

rum tuorum optimus abs te quisque *violatus*, tribuni militares non *recepti*, M. Baebius... *interfectus* iussu tuo? Pis. 88. Nec *trajectio stellae* nec *faces visae* terrebunt. Div. 2. 60. Quae *vita...* *dimoissa* molestiis omnibus liberaret. Phil. 2. 37.

Perspicet... nec pluris nunc facere M. Camillum hoc civile bellum, quam ego illo vivo fecerim Romanum *captam*. Tusc. 1. 90. Quaestura quid aliud habet in se nisi Cn. Carbonem *spoliatum*, *nuclatum* et *produtum* consulem, *desertum* exercitum, *relictam* provinciam, sortis necessitudi nem... *violatam*? Ver. a. p. 11. Mitto *creptam* libertatem populis ac sin gulis. Pis. 90. Illi libertatem *immunitam* civium Romanorum non tulerunt; vos *creptam* vitam neglegetis? Ius legationis verbo *violatum* illi persecuti sunt; vos legatum omni supplicio *interfectum* relinquetis? Imp. Pomp. 11.

Cui... gentes testimonium huius urbis atque imperii *conservati* dedis sent. Dom. 132. Iudicia senatus *conserratae* patriae consecuti sumus. Leg. 2. 42. Poena *violatur* religionis iustum recautionem non habet. Leg. 2. 41. Mentio a te facta pacis suspicionem attulit *immutatae* voluntatis. Phil. 12. 18. His honoribus habitis Ser. Sulpicio *repudiatae* *reiectaque* legationis ab Antonio manebit testificatio. Phil. 9. 15.

Opus fuit Hirtio *convento*. Att. 10. 4. 11.

A condita urbe. Phil. 3. 9. Ut pacem esse iudices non *in armis positi*s, sed *in abiecto* armorum et servitutis metu. Fam. 10. 6. 3. Qui *ob* eam (amicitiam) summa fide... *serratam* maximam gloriā cuperit. Lae. 23. Sulpici tibi operam intellego non multum tibi opus fuisse *propter* tuas res ita *contractas*, ut... Fam. 7. 31. 2.

Notanda. 1 Participium neutrum non *numquam* apud Ciceronem ea vi usurpatum; exempla laudavit Riemann 1. 1., ex quibus unum aut alterum excerpere satis erit :

Sunt quasi tacita criminum testimonia... ut *telum*, ut *vestigium*, ut *cruor*... ut *responsum* inconstanter, ut *haesitatum*, ut *titubatum*. Part. or. 114.

Nihil habeo *præter auditum*. Off. 1. 33.

Apud Caesarem unum exemplum videtur posse reperiri :

Si quid opus *facto* esset. B. G. 1. 42. 5. (*facti* : Ursin. et Riccard.).

2 Eodem modo, quo participium, adiectivum non *numquam* pronome apud Ciceronem occurrit, apud Caesarem plane deest :

In quibus numerant incolumitatem conservationemque omnium partium, valetudinem, sensus *integros*, doloris vacuitatem. Fin. 5. 18. His rebus mentem *cacum* appellarunt insaniam. Tusc. 3. 9. His (perturbationibus) *cacus* animus perfecte atque absolute beatos efficit. Tusc. 4. 38. Ut magis monumentum *grati* senatus quam *clari* viri futurum sit. Phil. 9. 11. Praeclera est aequabilitas in omni vita et *idem* semper vultus *eademque* frons. Off. 1. 90, cf. Tusc. 3. 31.

§ 2. — Temporum Syntaxis.

I. PRAESENS PRO FUTURO USURPATUM.

1) Modo indicativo, semel videtur Caesar tempus praesens vi futura usurpavisse (1) :

Tuemini, inquit, castra et defendite diligenter, si quid durius acciderit. Ego reliquas portas *circumeo* et castrorum praesidia *confirmo*. B. C. III. 94. 5.

Schmalz (*lat. Synt.*, p. 334) animadvertisit in hac sententia tempus futurum Ciceroniano usu omnino requiri, illud verum est sed ita, si ex Ciceronis operibus excipiuntur epistulae; ibi enim non pauca huius modi suppeditant exempla (2) :

Tabellarios, quoad voles, tenebis; es enim occupatus. Quod ad Xenonem, probe. Quod *scribo*, eum absolvero. Att. 15. 21.2. Ego, dum panis et cetera in navem parantur, *excurro* in Pompeianum. Att. 10. 15. 4. Fac, plane ut valeas. Nos *adsumus*. Fam. 16. 10. 2, etc.

2) Paulo plures sunt sententiae infinitivae, in quibus tempus praesens hac significatione reperiatur (3) :

Re nuntiata ad suos, quae imperarentur, *facere* dixerunt. B. G. II. 32. 3. Legati veniunt, qui pollicentur obsides *dare* atque imperio populi Romani *obtemperare*. B. G. IV. 21. 5. Si amplius obsidum vellet, *dare* (4) pollicentur. B. G. VI. 9. 7. Sese confestim *subsequi* dicit. B. G. VI. 29. 5. Neque (Caesarem debere) adeo graviter irasci inimicis, ut, cum illis *nocere* se speret, rei publicae noceat. B. C. I. 8. 3. Nautas dominosque navium interfecit, magnitudine poenae reliquos *deterrei* sperans. B. C. III. 8. 3. Cum in spem venero de compositione aliquid me *conficere*, statim vos certiores faciam. ap. Cic. ad Att. 9. 13 A. 4.

Apud Ciceronem sententiae eius modi multo rariores sunt; si excipitur prima eius oratio, quam admodum adulescens pro Quintilio habuit, in qua bis (*Quinc.* 29, 67) post verbum promittendi infinitivus praesens occurrit, tria omnino ex eius operibus exempla laudare possum : *De Or.* 3. 95, *Phil.* 12. 25, *Rep.* 1. 26.

(1) Cf. Reinhardt, *Tempora und Modi*, p. 4.

(2) V. Zimmermann, *De epistulari temporum usu Ciceroniano*, IV, Rastenburgae, 1891, pr. nr. 15, p. 18, ubi plura exempla invenias.

(3) Cf. Frese, *Beiträge*, p. 49.

(4) *Vellet, dare* : α ; *velit, dari*, β , Meusel.

II. IMPERFECTUM USURPATUM IN SENTENTIIS CONDITIONIS
ET CONSEQUENTIS.

1) In iis sententiis, quae condicionem praeteritam significant, veteres scriptores imperfectum subiunctivi (1), recentiores vero plusquamperfectum soliti sunt usurpare. Qua in re si Cicero et Caesar inter se comparantur, ille multo proprius ad priscorum consuetudinem accessit. Nam I. Priem, in illo commentario, quod diligentissime conscripsit de sententiis conditionalibus Ciceronianis et Caesarianis (2), Ciceronianos locos enumeravit CCIV, qui quidem sine dubio praeteritam significationem haberent (3). Eos omnes hie transcribere et longum est et inutile, cum praesertim tanta cura ea exempla collecta sint, ut vix ullum certum eo possim adicere: illud autem magnopere animadvertisendum est his omnibus Ciceronianis exemplis nullum esse Caesarianum, quod certo possit comparari. Ex iis enim duobus, quae laudat I. Priem, alterum ita commode ad praesens tempus ut ad praeteritum potest revocari:

Murus oppidi a planicie atque initio ascensus recte regione, si nullus anfractus *intercederet*, MCC passus aberaf. B. G. VII. 36 (4).

Alterum autem (B. C. III. 111. 4.) sitne ipsius Caesaris an Hirti vel potius Pollionis parum constat, cum in iis ultimis capitibus *Belli Civilis* inveniatur, quae a viris doctis non paucis vel integre vel partim Caesari abiudicantur (4).

Cum igitur Ciceroniana exempla amplius ducenta numerentur, quae ad illum imperfecti veterem usum referantur, Caesarianum certum nullum laudari possit, facile iudicatur, quanta religione Caesar se a pristina consuetudine averterit.

2) In iis sententiis relativis praeteritis, quae, subiunctivo enuntiatae, et ipsae sunt negativae, et a negativis sententiis vel interrogativis pendent, Caesar imperfectum, Cicero autem perfectum usurpare solet, si verbum independens est perfecti temporis.

1) V. Blasé, *De modalium - performativis professum* p. 26.

2) *Die irrealen Bedingungsstilarten Ciceros und Tacitus*. *Philologus*, 1888, Supplementband, 2^{te} Heft, pp. 264, seqq.

3) Hie usus igitur non ita rarus est apud Ciceronem, ut Schmidz schreibt: *Die Synt.*, p. 443: « Wir finden daher bei Cicero nur sehr wenig Auskünfte über modales si haberem. »

4) G. Landgraf *Untersuchungen*, p. 81: « quantum in eisdem iulis episitis genuinum esse negat, finem esse arbitratur: » Nur nicht caesarianis habe ich § 1. Der Rest des Kap. ist echt caesarianisch.

a) Caesarianum exemplum perfecti nullum novi, imperfecti autem non pauca (1) :

Neque ullum fere totius hiemis tempus... intercessit, quin aliquem nuntium *acciperet*. B. G. V. 53. 5. Nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos *mitterent*. B. G. V. 55. 1. Nulla fuit civitas, quin ad id tempus partem senatus Cordubam *mitteret*, non civis Romanus paulo notior, quin ad diem *conveniret*. B. C. II. 19. 2. Nemo fuit omnino militum, quin *vulneraretur*. B. C. III. 53. 3. Nulla Thessaliae fuit civitas... quin Caesari *parerent* atque imperata *facerent*. B. C. III. 81. 2.

b) Cicero contra numquam, quod sciam, nisi semel imperfectum usurpavit :

Quis rex umquam fuit, qui non *uteretur* praedictione ? Div. 4. 95.

Ceteris omnibus locis perfectum invenitur :

Nullus umquam dies tam magna tempestate fuerit, quin solem homines *viderint*. Ver. 5. 26. Nemo oppressus aere alieno fuit, quem non *asciverit*. Cat. 2. 8. Quis dies fuit, quem tu non *consumpseris* ? Mur. 46, etc. (2).

Illud praeceps eluet, si inter se Ciceroniana sententiae comparantur, quae imperfectum habent aut perfectum, prout confirmativa sunt aut negativa :

Solus tu inventus es, cui *non satis fuerit* corrigere testamenta vivorum. Ver. 1. 111. Unus inventus est, qui id *anderet*. Phil. 2. 64. Tu unus inventus es, qui... *temptares*, quid populus Romanus ferre et pati posset. Phil. 2. 85. Solus tu inventus es, qui cum accusatoribus *sederes*. Rosc. 87.

III. TEMPORA COMPOSITA.

1) Quid inter formas *amatus sum (eram)* et *amatus fui (fueram)* intersit, satis notum est ; multi etiam post Madvigium (3) manifeste ostenderunt hoc discrimen ab optimis scriptoribus religiose fuisse observatum. Cicero tamen et Caesar etiam hac in re aliquantulum inter se discrepant.

a) In forma praeterita *amatus fui*, Cicero numquam a consuetudine deflexit, Caesar autem semel eam formam pro altera videtur usurpare :

(1) Cf. Uhdolph, *Die Tempora in Nebensätzen*, p. XVIII, i. n.

(2) Cf. Phil. 2. 61, Ver. 4. 1, ib. 58, Ver. 3. 140, Fam. 12. 19. 3, ib. 3. 10. 8, Ver. 5. 140, Sul. 46, Planc. 49, Dom. 27, ib. 85, Pis. 38, Planc. 25, Ver. 4. 7.

(3) Madvig, *Op. acad.* II, 218.

Tantus eo facto timor incessit, ut, cum esset legio praesidio Messinæ vix oppidum defenderetur, et, nisi eo ipso tempore quidam nuntii de Caesaris victoria per dispositos equites essent allati, existimabant plerique futurum fuisse, uti amitteretur. Sed oportunissime nuntiis adlati oppidum *fuit defensum*. B. C. III. 101.3. 4.

Hanc sententiam, quae in omnibus codicibus ita scripta legitur, tuetur Holder; eam emendare temptavit Riemann *Lectures*, p. 216. 1 et Kübler (2).

b) In ceteris autem formis, Caesar vix semel consuetum discri-
men neglexit. 3. Cicero vero saepius 4.

2) Participium praeteritum passivum cum infinitivo *fore* coniunctum apud Caesarem deest 5; apud Ciceronem non unquam reperitur :

Dicunt... metum si qui sustulisset, omnem vitae diligentiam *subla- tam fore*. Tusc. 4. 46. Quos (Hirtium et Caesarem) spero brevi tempore societate victoriae tecum *copulatos fore*. Fam. 11. 8. 2. Velim sic existimes, non tibi tam Atticum, cuius permagna res agitur, quam me, qui non minus labore quam ille, *obligatum fore*. Att. 16. 16 E. 16. Nega me ei *iratum fore*. Att. 1. 1. 2. Te ita existimare volo, me tibi *obligatum fore*. Fam. 13. 18. 2. Hoc possum dicere me... satis *adeptum fore*, si... Sul. 27. (Praeturam) *solutam fore* videbatis. Mil. 34.

3) Infinitivi futuri activi cum duae sint formae, altera plenior *futurum esse*, altera vero brevior (*futurum*), quaeri potest, et utra forma sit usurpatior, et idemne prorsus utraque significet. Etenim, cum contenderit Hoppe (6) casu nominativo idem esse dis-
crimen inter formas infinitivas *futurus esse* et *futurus*, quod inter
formas indicativas *futurus sum* et *ero* vigore solitum sit, videndum
est, num idem in accusativo valeat.

a) Hac in re si Caesarianus usus inquiritur, facile ad eam regu-
lam accommodari potest; quod ut persequar, cum utrosque eius
commentarios excutere longum sit, saltem ex libris *Belli Civilis*,
quaecumque potero, exempla proferam utriusque formae.

1) Debet *fuerit*.

2) Scribit *est defensum*, sic etiam Nipperdey.

3) B. G. V. 25. 2, quæde loco videlicet constantes, p. 320. 666. 13.

4) *Fuerum*, Ver. 3. 10. Cnel. 64. Afl. 3. 1. 3. Off. 3. 80. 100. Q. B. 8. 3. V. 3. 10. ad Brut. 1. 15. 8. Iose. 1. 35. Rep. 1. 48. 100. Cne. 37. Afl. 12. 31. 1. 1. 10. 15. 3. 16. Acl. 2. 125. 16. 135. Rep. 1. 34. 100. Cne. 81. Afl. 2. 27. 3. Tog. 48. 102. 2. 51. Off. 3. 114. Rep. 1. 28. *Inesse*. Nat. 4. 2. 11. G. 16. 100.

(5) « Es ist bemerkenswert, dass Cäsar auch diese Verbindung nicht kennt – denn B. G. 4. 6. 3. *omnia, quæ postulasset, ab se fore parata* ist *parata* Adjektiv. » Schmalz, *Lat. Sprach*, p. 317.

6) Hoppe, *Der Copulations- oder Compagatus psychopathischen mithin im weiteren Fragen und Belehrungssatz, und der Nominalitus vom Infinitiv futurus mitre bei Cicero*, p. 17 (Gumbinnen, pr. nr. 4, 1879).

ꝝ) Forma composita (*futurum esse*) multo rarer est et iis fere locis invenitur, ubi modo indicativo formam compositam (*futurus sum*) usurpare licet; ea enim a Caesare plerumque significatur, vel quid a subiecto intendatur, vel quid proxime immineat; exempla VII numerantur :

Mittit, qui petant atque orent, ut sibi subveniat... quod nisi fecerit, se... in periculum *esse venturum*. B. C. I. 17. 1, 2. Pompeius rescriperat sese rem in summum periculum *deducturum non esse*. B. C. I. 19. 4. Audierat Pompeium... iter in Hispaniam facere confestimque *esse venturum*. B. C. I. 39. 3. Milites... loquebantur, quoniam talis occasio victoriae dimitteretur, etiam cum vellet Caesar, sese non *esse pugnaturos*. B. C. I. 72. 4. Caesar respondit... quae tamen omnia et se tulisse patienter et *esse laturum*. B. C. I. 85. 11. Conclamantibus omnibus, imperaret, quod vellet, quodecumque imperavisset, se aequo animo *esse facturos*. B. C. III. 6. 1. Erat haec summa mandatorum... si alteri paulum modo tribuisse Fortuna, non *esse usurrum* condicionibus pacis eum, qui superior videretur. B. C. III. 10. 7.

In his libris nullum aliud exemplum huius formae repperi (1).

ꝝ) Altera forma cum multo sit usurpatior, omnia eius exempla quam brevissime proferam, ita tamen ut de eorum vi atque sententia possit iudicari ; exempla sunt XLV :

Se non *defuturum* pollicetur... se sibi consilium *capturum* neque senatus auctoritatⁱ *obtemperaturum*. B. C. I. 1. 2, 3. *Pronuntiaturum* se negavit. B. C. I. 2. 5. Pollicetur sese *iturum*. B. C. I. 3. 6. *Passurum* in praesentia negat. B. C. I. 6. 4. Quorum (mandatorum) haec erat summa : Pompeium... *iturum*; quad fides esset data Caesarem *facturum*, quae polliceretur, non *intermissuros* consules. B. C. I. 10. 4. Polliceri se in provinciam *iturum*. B. C. I. 11. 2. Se *facturos* pollicentur. B. C. I. 45. 2. *Pronuntiat* Pompeium celeriter *venturum*. B. C. I. 19. 4. Demonstrat magnam partem laudis ad Libonem *percenturam*. B. C. I. 26. 4. Postulat, ut rem publicam suscipient; sin timore defugiant, se oneri non *defuturum* et per se rem publicam *administraturum*. B. C. I. 32. 7. Dixerat eodem se *habiturum* loco, qui... B. C. I. 33. 2. Sese imperata *facturos* pollicantur. B. C. I. 60. 4. Se statim signa *translaturos* confirmant. B. C. I. 74. 3. Iurent se exercitum non *deserturos* neque *prodituros* neque sibi consilium *capturos*. B. C. I. 76. 2. Quo necessario *descensuros* existimabat. B. C. I. 81. 6. Caesar respondit... se *nocitum* nemini. B. C. I. 85. 42. Se *frumentum daturum* pollicetur. B. C. I. 87. 1.

(1) In *Bello Gallico* quaecumque novi exempla eandem fere vim habent : *Sese cum iis pacem esse facturum*. B. G. I. 14. 6. *Futurum esse paucis annis, uti omnes ex Galliae finibus pellerentur*. B. G. I. 31. 11. *Haeduis se obsides redditurum non esse*. B. G. I. 36. 5. *Alia ratione sese non esse venturum*. B. G. I. 42. 4. *Quodsi eum interficerit, multis sese nobilibus... gratum esse facturum*. B. G. I. 44. 12. *Coniurant... eundem omnes fortunae exitum esse laturos*. B. G. III. 8. 3. *Suspiciati hostes huc nostros esse venturos*. B. G. IV. 32. 4. *Non esse amplius fortunam temptaturos*. B. G. V. 33. 2. *Pro explorato habebat Ambiorigem proelio non esse contenturum*. B. G. VI. 5. 3.

Quod se *facturos* minabantur. B. C. II. 13. 4. Gaditanos dominari avisse Gallonio... sibi consilium *capturos*. B. C. II. 20. 3. Cum sese Italium *renturum* praemisisset. B. C. II. 20. 6. Promittuntur iubat se in hostium *habitatum* loco, qui... B. C. II. 23. 6. Me *facturum* confido. B. C. II. 31. 8. Nihil contra se regem *naturum* existimabat. B. C. II. 37. 2. Imperat ut pedem referant; sese signum proelii *daturam* et, quod rem postulare cognovisset, *imperaturum*. B. C. II. 40. 2. Se non *discessurum* pollicetur. B. C. II. 42. 3. Numquam se *reversurum* confirmat. B. C. II. 42. 4. Classem *admodum* suspicarentur. B. C. II. 43. 2. Se omnia *habitum* consideret. B. C. III. 10. 7. Iuravisset se exercitum *dimissurum*. Ib. 9. Haec quo facilius Pompeio probari possent, omnes suas copias *dimissurum*. Ib. 11. Illi se *pugnatos* negarent. B. C. III. 11. 4. Illi vero *daturos* se negare neque portas consuli *praecclusuros* neque sibi iudicium *sumpturos*. B. C. III. 12. 2. *Facturos* pollicentur. Ib. 4. Iurat se eum non *deserturum* eundemque casum *subiturum*. B. C. III. 13. 3. *Missuros* ad Pompeium, atque illum reliqua per se acturam. B. C. III. 16. 5. Varronem profiteri se *renturum* atque una *risurum*. B. C. III. 19. 4. Litteras mitteret auxilia sese Caesaris *prohibitum*. B. C. III. 23. 2. Militum voces cum audirentur sese, contra hostem si ducerentur, *ituros*, contra civem et consulem arma non *laturos*. B. C. III. 31. 4. Pollicerentur civitates imperata *facturas*. B. C. III. 34. 2. Se *habituros* copiam confidebant. B. C. III. 49. 1. Voces militum audiebantur prius se cortice ex arboribus *rieturos*, quam Pompeium *dimissuros*. Ib. Id mihi *facturos* confirmaverunt. B. C. III. 86. 3. Iuravit se non *reversurum*. B. C. III. 87. 5. Imperavit ne iniussu suo concurrerent; se signum *daturum*. B. C. III. 89. 5. Nuntios dimisso... id si fecissent, magno eorum capitis periculo *futurum*. B. C. III. 102. 6.

b) Apud Ciceronem utriusque formae eadem omnino videtur esse vis, quod et infra ex locis collectis patebit, et nunc paucis exemplis illustrabo :

In ipso senatu... popularem me *futurum esse* consulem... dixi. Ag. 2. 6. Dixi in senatu in hoc magistratu me popularem consulem *futurum*. Ib. 9.

Pugnant haec inter se, Fabium oriente Canicula natum esse, et Fabium in mari *moriturum*... haec quoque pugnant, et esse Fabium, et in mari *esse moriturum*. Fat. 12.

Cum aquam ex puteo vidisset haustam, terrae motum dixit *futurum*... etiamne *futurum esse* aquae iugis colore praesentient? Div. 2. 31, etc.

Sin autem quaeritur, utram formam Cicero saepius usurpaverit, forsitan videatur breviore forma usus esse non ita constanter ut Caesar ille quidem, sed tamen paulo frequentius quam forma pleniora. Illud ut ostendam, ex orationibus quibusdam et libris et epistulis exempla utriusque formae, quacumque potero, inter se conferam. Inde etiam animadverteri poterit, quantum momenti in ea re numerus habuerit: suepe enim Cicero ea praesertim de causa videtur pleniorum formam usurpavisse, quo aptius sententia videret: illud

potissimum elucebit ex iis locis, quos collectos proferam ex libris *de Divinatione* et *de Fato*; nam ex viginti sententiis, octo sunt, in quibus infinitivus futurus sit *esse moritum vel eundem habeat numerum (esse redditum, esse peritum)*, qua forma sexies (1) clauditur sententia. Nulla etiam alia videtur causa, cur in una sententia a forma simplici ad compositam transierit :

... Iuvenem dicere fore ut perbrevi convalesceret, paucisque diebus *interitum Alexandrum tyrannum, ipsum autem Eudemum quinquennio post domum esse redditum*. Div. 4. 53.

α) Exempla deprompta ex oratione *de Imperio Cn. Pompei, pro Cluentio, de lege Agraria*, I., II., III. :

— Forma composita (XIII exempla) :

Quantum (hanc auctoritatem) *valitaram esse* existumetis. Imp. Pomp. 46. In eo ipso vos spem *habituros esse* dixistis. Imp. Pomp. 59. Se nomen Oppianici *delaturum esse* testatur. Clu. 23. Se iudicium *corruptum esse* dixerat. Clu. 68. Ut ille se *redditum esse* dixerit. Clu. 78. Dixit... *usurum esse* eum suo testimonio. Clu. 134. *Dicturum...* neminem umquam *esse* confirmo. Clu. 157. Policeor... me eius causam legis praesidio *defensurum et...* *probaturum et* omni me defensione *usurum esse* legis. Clu. 458. *Quaesitaram esse* dixit. Clu. 476. Cum illa *abductaram* se filiam, *mutaturam esse* testamentum minaretur. Clu. 181. Vos... arbitrantur de totius municipii statu... sententias *esse laturos*. Clu. 196. Popularem me *futurum esse* consulem... dixi. Ag. 2. 6. Recipio hoc vobis atque confirmo me *esse perfectum*, ut... Ag. 2. 103.

— Forma simplex (XXIII exempla) :

Me spes tenet... hunc locum... portum ac perfugium *futurum*. Clu. 7. Videbam... minus laboris *futurum*. Clu. 143. Se putant equites Romanos in potestatem suam *redacturos*. Clu. 152. Quem putet *existimatum*. Ag. 1. 11. Maximam pecuniam se a Fausto *ablaturos* arbitrantur. Ag. 1. 12. Tibi nos... Italiam inermem *tradituros* existimasti. Ag. 1. 16. Neminemne nostrum *intellecturum* existimastis? Ag. 1. 17. Cum ostenderit... nullam alteram Romam... nobis consulibus *futurum*. Ag. 1. 24. Dicit... sese... in provinciam non *iturum*. Ag. 1. 26. Vos eosdem *existimatueros* putem. Ag. 2. 2. Dixi... me popularem consulem *futurum*. Ag. 2. 9. Quem populo Romano maxime *consulturum* putent. Ag. 2. 17. Vix mehercule servis hoc eum suis... *probaturum* arbitror. Ag. 2. 22. Viderunt vos eam (potestatem)... ad Cn. Pompeium principem *delaturos*. Ag. 2. 23. Existimabatis... non eos in primis id *acturos*. Ag. 2. 23. Quemquam *intercessurum* putet. Ag. 2. 30. Dicitur... *demi-graturos* in illa loca nostros homines. Ag. 2. 42. Quos prospiciamus regnum Alexandriae Ptolomaeo gratis *adiudicatueros*. Ag. 2. 44. Se Alexandria *perventuros* arbitrati sunt. Ag. 2. 45. Quo periculo (censeatis) miseras nationes *futuras*? Ib. Huic ipsi luctuosam et acerbam praedi-

(1) Div. 4. 53, 56, 2. 54, 99, Fat. 42, 33.

cationem *futuram* puto. Ag. 2. 48. Putant, si quam spem in Cn. Pompeio exercitus habent, hanc non *habitaram*. Ag. 2. 31. Qui se decemviri ros sperant *futuros*. Ag. 2. 63.

ξ Ex libris de Divinatione I., II., de Fato:

— Forma composita (XX exempla) :

Magos dixisse... Gyrum *reqvistarum* esse portendi. Div. 1. 46. Dicere interiturum Alexandrum tyrannum, ipsum autem Eudemum... dominum esse *reditarum*. Div. 1. 33. Cum esset spes... illum ex Sicilia esse *reditarum*. Ib. Eum naufragio esse *peritum*. Div. 1. 56. Audita vox est... *futurum esse*... ut... Div. 1. 101. Res *futurae*, quas esse *futuras*... mens... cernit. Div. 1. 128. Proficitur se esse *dicturos*. Div. 2. 10. Si quis M. Marcellum... dixisset naufragio esse *peritum*. Div. 2. 14. Qui potest provideri quiequam *futurum esse*? Div. 2. 17. Provideri nihil potest *futurum esse*. Div. 2. 23. (Motum) *futurum esse*... praesentunt. Div. 2. 31. Dicunt... eos esse *morituros*. Div. 2. 34. Quod *futurum* illi esse dixerint. Div. 2. 62. Quam multa... dicta memini, neminem eorum... esse *moritorum*! Div. 2. 99. Ea demens *eventura esse* dicebat. Div. 2. 114. Haec quoque pugnant, et esse Fabium, et in mari esse *moritum*. Fat. 12. Sperat... eos usuros esse coniunctionibus. Fat. 15. Attingit hanc quaestionem... id aut esse iam aut *futurum esse*. Fat. 17. Quod non verum fuerit *futurum esse*. Fat. 27. Diceret Marcellum... in mari esse *peritum*. Fat. 33.

— Forma simplex (XIX exempla) :

Num etiam centum Venerios... casu *futuros* putas? Div. 1. 23. Vovisse dicitur... uvam se deo *daturum*. Div. 1. 31. Minari... se *curatram*, ut... Div. 1. 48. Audire vocem, se postridie *cenaturam* Syracusis. Div. 1. 50. Illam *profuturam* puto. Div. 2. 3. Coniecerit e morbo *erasurum* aegrotum. Div. 2. 13. Bacam se *risurum* putat. Div. 2. 16. Qui... hereditatem *venturam* dicunt. Div. 2. 18. Si seiret... ea *consecutra*. Div. 2. 22. Addunt ad extremum omnia levius *casura*. Div. 2. 23. Ut non videret tum *futurum* id veri simile, si... Div. 2. 30. Terrae motum dixit *futurum*. Div. 2. 31. An censes... sine capite iecur *inrenturum*? Div. 2. 36. Illa praedicta... Romam *peritaram*. Div. 2. 69. Haruspices dixisse summa nobilitate illas sortes *futuras*. Div. 2. 86. *Concessuros* tibi existumas eos. Div. 2. 108. Hostium vim se *perversurum* putavit. Div. 2. 115. Pugnant haec inter se... Fabium in mari *moritum*. Fat. 12. Fatum sit et *concubitum* cum uxore Laium et ex ea Oedipum *procreatum*. Fat. 30.

γ Ex libro XIII. Epistularum :

— Forma composita (X exempla) :

Mihi persuasi illum... voluntatis erga te *habitatum esse rationem*. Fam. 13. 7. 3. Sperare me cogit te... idem esse *tributum*. Fam. 13. 7. 4. Te ostendisti esse *facturum*. Fam. 13. 18. 2. Confirmo tibi te eum... fructum... esse *capturum*. Fam. 13. 22. 2. Confidere videbatur te... esse *facturum*. Fam. 13. 26. 1. Tibi adfirmo... te... magnam voluptatem esse *capturum*. Fam. 13. 31. 2. Spomdeo... maximum te fructum... esse *capturum*. Fam. 13. 39. 2. Sibi persuasit te omnia mea causa *facturam*.

esse. Fam. 43. 61. Sic velim existimes... mihi te gratissimum *esse factum*. Fam. 43. 72. 2. Promitto tibi te... voluntatem *esse capturum*. Fam. 43. 77. 2.

— Forma simplex (XIV exempla) :

Nisi magnam spem haberem nos... causam municipii *probaturos*. Fam. 43. 7. 3. Non quin eam *valitaram* apud te arbitrarer. Fam. 43. 46. 3. Eramus in magna spe te... diligentissime *facturum*. Fam. 43. 49. 1. Te video magnam *capturum* voluntatem. Fam. 43. 28. 2. Recipo te ea... ita bene *conlocaturum*, ut... Ib. 3. Nullam arbitramur... controversiam eum *habitatum*. Fam. 43. 30. 1. Te apud eos praeclare *positurum* confirmo. Fam. 43. 44. 2. Ostenderunt Bulliones sese... satis *facturos*. Fam. 43. 42. 1. Te de eo *existimaturum* arbitror. Fam. 43. 52. Sibi persuadet... id se in perditis et desperatis *habitatum*. Fam. 43. 56. 4. Dixerat mihi... se *curaturum*. Ib. Omnia te *facturum* liberalissime receperisti. Fam. 43. 72. 4. Se impune *laturum* putaret. Fam. 43. 77. 3. Pollicare omnia te *facturum* mea causa. Fam. 43. 78. 2.

Ad calcem huius disputationis illud tandem notari potest, in omnibus exemplis Caesarianis formae compositae, verbum *esse* semper antecedere, participium autem subsequi; unus locus excipiendus est (*deducturum non esse*, B. C. I. 19. 4.) (1); Ciceroniani autem eius modi loci plurimi sunt, ut ex iis, quos supra laudavi, iudicare licet.

§ 3. — Verborum usus personalis et impersonalis.

Saepe, praesertim in sermone cotidiano, ea verba sive passiva sive etiam neutra, unde sententia infinitiva aut subiunctiva pendet, per attractionem quandam ad huius sententiae subiectum et numero accommodantur et persona; ei autem formae dicendi plurimum indulxit Cicero, Caesar vero multo minus (2). Si enim tria illa verba *videor*, *iubeor*, *coactus sum* exceperis, quorum apud utrumque saepissime forma personalis occurrit, ea in ceteris possunt animadvertisse.

1) Per pauca verba passiva sic Caesar usurpavit, Cicero autem plurima.

a) In commentariis *de Bello Gallico* tria tantum verba occurrunt, *audior* semel (VII. 59. 1), *dicor* et *existimor* saepius; in

(1) Cf. *Archiv für lat. Lexikographie*, IX, p. 474.

(2) Cf. Schmalz, *Lat. Syntax.* p. 293; Finaly, *De usu infinitivi apud Caesarem*, pp. 40, sqq.

Bello Civili duo alia : *nuntior* I. 14. 1, I. 73. 2, III. 36. 3, III. 109. 1 et *ostendor* III. 105. 6. 1.

b Ciceroniana autem verba plurima sunt ; quae cum pleraque saepe occurrant, singulis singula tantum exempla addicam : *arguer* (Ver. 1. 85), *audior* (Att. 5. 18. 1), *cognoscor* (Clu. 47), *concedor* (Caec. 44), *defendor* (Inv. 2. 98), *demonstror* (Inv. 2. 35), *dicor* (Scaur. 11), *doceor* (Inv. 2. 36), *excusor* (Phil. 5. 14), *existimor* (Ver. 5. 3), *explicor* Fin. 4. 14, *exploror* Tusc. 2. 17, *feror* (Div. 1. 412), *imperor* (Ver. 5. 68), *indicor* (Mil. 64), *intellegor* (Caec. 49), *invenior* (Clu. 180), *iudicor* (Brut. 187), *liberor* (Mil. 47), *memoror* (Ver. 4. 107), *negor* (Inv. 2. 95), *nuntior* (Har. r. 62), *perhibeor* (Tusc. 1. 28), *perspicior* (Leg. 1. 62), *postulor* (Quinc. 86), *praedicor* Sest. 39, *prohibeor* Ver. 3. 144, *pronuntiatur* (Ac. 2. 146), *putor* (De Or. 1. 196), *reperior* (Caec. 61), *scribor* (Tusc. 1. 114), *sentior* Fin. 3. 34, *sinor* Sest. 95, *testatus sum* (Fam. 5. 20. 5), *traditor* (Rose. 70).

2 Id alterum est discrimen, quod Caesar formam personalem numquam usurpat in temporibus compositis, sed semper impersonalem, v. g. :

Nuntiatum est ei Arioivistum... contendere. B. G. I. 38. 4. *Renuntiatum est* (ascensum) facilem esse. B. G. I. 21. 2. *Nuntiatum est* adesse Scipionem. B. C. III. 36. 1.

Cicero contra, etiam his temporibus, saepe formam personalem usurpavit, in iis saltem sententiis, in quibus verbi infinitivi forma erat simplex :

Regnum occupare voluisse *dicti sunt*. Rep. 2. 49. *Dictus est* adiutor fuisse. Cael. 23. Illa est a libero suspendisse se *dicta*. Scaur. 11. A Platone *dictae sunt* illecebrae esse. fr. F. V. 81. Quantum momenti oratio M. Antoni habuisse *existimata sit*. Ver. 5. 3. Non tam *sancti existimatus* gloriari. Dom. 93. Africano vim attulisse *existimatus est*. Fam. 9. 21. 3. Cui corpus bene constitutum sit et *exploratum* ita semper fore. Tusc. 2. 17. Nos bene emisse *iudicati sumus*. Att. 1. 13. 6. Cupidior *iudicatus est* fuisse. Sul. 73. Regnum appetisse est *iudicatus*. Dom. 101. Excellere *iudicatus est*. Brut. 187. *Perspectus est* a me... cogitare. Fam. 1. 7. 3. (Patria) tanta sapientia fuisse *putanda est*. De Or. 1. 196. Accusare non est *situs*. Sest. 95.

3 Forma impersonali semper Caesar ea verba usurpavit, unde non infinitivus sed subiunctivus pendebat, v. g. :

I Finaly I. 1. addit verbum demonstrandi, quod *sancti expecto utrum est reg demonstratum est*. B. G. II. 9. 3. At hoc loco formam impersonalem esse putare cum praesertim in temporibus compositis formam personalem Caesar usurpare non soleat.

Cum *esset nuntiatum*, quae in sinistro cornu gererentur. B. G. VII. 62. 6.

Apud Ciceronem contra non numquam ea verba forma personali ocurrunt, praesertim cum consequitur interrogatio obliqua (1) :

Haec qua celeritate gesta sint, *praeteriunda* non sunt. Imp. Pomp. 34. Contraria quae et qualia sint, *intellegentur*. Inv. 2. 177. Multa *quaeruntur*, fictane an vera sint. Leg. 1. 4. Quae vero... *quaeruntur*, qualia sint. De Or. 2. 137. Ita effinguntur (mores), ut, quales sint, *intellegantur*. De Or. 2. 243. Quem ad modum Pompeium oppugnarent, a me *iudicati sunt*. Ag. 1. 5. Nisi ista pecunia gravissimis *esset* monumentis *testata*, cui data... *esset*. Fam. 5. 20. 5. (Orator) *explicandus est* nobis, qualis futurus sit. Or. 68. Quae res harum aliquam rem consequantur, *faciles cogniti sunt*. Inv. 2. 30. Ut plane, qualia sint, *intellegantur*. Fin. 5. 85. Haec... *intellegentur*, quorsum evasura sint. Att. 7. 17. 4. Haec qualia tibi esse videantur, *significata sunt* a te. Att. 8. 12. 4. *Poterunt intellegi*, qui qualesque sint. Nat. d. 2. 71. *Intellegi* qualia sint... non possunt. Nat. d. 2. 113. Defectiones solis et lunae *cognitae praedictaeque...* quando futurae sint. Nat. d. 2. 153. *Constituendi sunt*, qui sint in amicitia fines. Lae. 56 (2). Quidam... *perspicuntur*, quam sint leves. Lae. 63. *Iudicari*, qualia sint, non facile possint. Par. 24.

In aliis formis sententiarum eadem conformatio verborum aliquando invenitur, sed multo rarius :

Ea ne accidere possent, consilio meo ac ratione provisa sunt. Ag. 2. 402.

4) Verba neutra Caesar numquam usurpavit nisi forma impersonali, v. g. :

Eam pecuniam publicam esse constabat. B. C. I. 23. 4.

Apud Ciceronem vero forma personalis videtur non numquam ocurrere :

Membra nobis ita data sunt, ut ad quandam rationem vivendi data esse appareant. Fin. 3. 23. Quae praeiudicia de eo facta esse constarent. Clu. 104. Quae si omnia... acta esse constarent. Dom. 439 (3).

Duo sunt praeterea loci dubii :

Maleficiis, quae in illo constant esse. Rosc. 118. *Constat* : Lag. 26, edd.; *constant* : rell. codd.

Quae constant esse peccata. Inv. 1. 104. *Constat* : Herb.¹, Friedrich.

(1) Cf. Gutsche, *De interrogationibus obliquis*, p. 53; Reisig, *Vorlesungen*, p. 343.

(2) Cf. Seyffert-Müller, *Laelius*, p. 374.

(3) Hos tres locos emendavit Lambinus, ut formam impersonalem restitueret; plerique autem editores codicum lectionem tuentur. Müller tamen in ultima sententia scribit *constaret*.

CAPUT IV

DE ADVERBIORUM USU

§ 1. — Adverbia cum verbo substantivo coniuncta.

Apud comedos saepissime adverbia ita cum verbo substantivo coniuncta sunt, ut praedicati locum obtineant; ex iis exemplis, quae plurima concessit F. G. Holtze (1), pauca referre satis erit:

Mihi *bene* est et tibi *male* est. Pl. Most. 49. Si *ita* es, ut ego te volo. Trin. 46. Curamus, *palere* ut simus. Merc. 383. *Sic* vita erat. Ter. Andr. 62. Jam hi ambo, et servos et era, *frustra* sunt duo. Pl. Amph. 974, etc.

Idem usus ac forma dicendi etiam a tragicis servata est, quorum non nulli versus, sermone triti cotidiano, apud Ciceronem proverbii locum obtinent, v. g. :

Nam si eurent (di), *bene* bonis sit, *male* malis [ap. Cie. Nat. d. 3. 79]. Patria est, ubiquecumque est *bene* [ap. Cie. Tusc. 3. 108].

Posteriores autem scriptores non omnes aequa hanc verborum quasi structuram asciverunt; nam eam Lucretius (2) et Sallustius (3) saepissime, Livius (4) vero et Tacitus (5) rarius imitati sunt. Caesar autem et Cicero si inter se hac in re conferuntur, non parum discrepant, cum caute Caesar ac parco, Cicero autem liberiarius haec adverbia usurpaverit. Ut igitur hanc quaestionem absolutam, adverbia apud utrumque persequar, quae quidem praedicati

1. *Syntaxis priscorum*, II, 6.

2. V. Holtze, *Syntaxis Lucretianae lineamenta*, p. 117.

3. V. Constans, *De scincone Sallustiano*, p. 85, et praesertim Poppler, *Esse meum principiatum Adverbium bei Sallust und Caesar*, in eiusdem *de Sallustio plurima*, de Caesare autem pauca et imperfecta reperiis.

4. V. Kühnast, pp. 32, 33.

5. V. Constans, *Etude sur la langue de Tacite*, p. 31 n. 43.

loco cum verbo substantivo coniuneta sint; cetera autem omnia praeteribo, quaecumque praediati vim non habent; non pauca enim sunt exempla, in quibus *esse* idem sonet, quod *vivere* vel *se habere* vel *prodessere* (1), atque adverbium vim suam propriam minimeque praedicativam obtineat; hic referendi sunt omnes i*ii loci*, in quibus adverbium temporis verbo *esse* adiectum est, v. g. : *antea fuit, mox erit, postea fuerunt*, etc. Iis igitur omissis, statim ad ceteros pergam, in quibus adverbium modum ita significat aut locum, ut praediati loco habeatur (2).

1) Adverbia modi.

a) Apud Caesarem perpaucia sunt :

Cum... Sabino Cottaeque *praesto* fuissent. B. G. V. 26. 2, cf. B. C. II. 19. 1, fr. 142. 19 (ap. Cic. ad Att. 9. 16. 3).

Biennum sibi satis esse duxerunt. B. G. I. 3. 2, etc.

Ut erat superiorum dierum consuetudo. B. C. I. 21. 3, cf. III. 65. 2.

b) Apud Ciceronem cum plurima sint (3), separanda sunt inter se, quae post verbum *esse* impersonale et quae post personale usurpantur; priora enim magis sunt vulgata minusque digna, quae notentur :

α) Verbum est impersonale (4) :

Longe aliter est. Rose. 438. Quod certo scio *aliter* esse. Dom. 31. Quod si *aliter* est. Nat. d. 2. 76, cf. Leg. 1. 47, De Or. 3. 52, Or. 498, Att. 10. 12. 6, Fam. 11. 14. 3.

Improbo et stulto et inerti nemini bene esse potest. Par. 19. Spero... tibi *melius* esse. Fam. 16. 22. 1. Si tu exercitusque valetis, *bene* est. Fam. 5. 2. 1, etc.

In stultitia contra est. Clu. 84. Si haec *contra*, ac dico, essent omnia. Ver. 4. 11, cf. Fin. 4. 40, 41.

Si hic illi (insidias fecit), ut ne sit impune. Mil. 31.

Est ita. Part. or. 23. Huius sententiae et similium (quod cum *ita* sit, quae cum *ita* sint, etc.) cum sexenta sint exempla, ea referre omittam.

(1) V. g. : (Valvae) ad ornandum templum *erant* maxume. Ver. 4. 124.

(2) Grammaticos quosdam negasse vim adverbii umquam esse praedicativam equidem non ignoro, sed A. Dräger atque Gustavio Landgraf libentius assentior; haec enim Dräger (I. 194), cui G. Landgraf (*Vorlesungen*, n. 392, p. 156) suffragatur: « Obgleich bei der prädicativen Stellung der adverbia ursprünglich die Verbalform einen selbständigen Begriff (*esse* = existieren) enthielt, so ist dies bei den meisten und häufigsten Adverbien der Art nicht empfunden worden; vielmehr hat man die Wörter *ita, sic, aliter...* unbedenklich als Prädikatsbegriffe gebraucht und auch so gedacht. »

(3) Ex iis, quae profero, exemplis multa iam ab Augusto Stinner laudantur, p. 24 et seqq., ex iis saltem, quae in epistulis colligi possunt; non nulla etiam apud G. Landgraf reperiuntur: *De Ciceronis elocutione*, p. 38.

(4) Huc refero etiam ea verba, quorum subiectum est pronomen neutrum: *id, ea, quod, quae*, etc.

Numquam tam *male* est Siculis... Ver. 4. 95. Antonio... volo *pens* esse. Att. 13. 3. 2, cf. Att. 13. 25. 3, 13. 43. 4.

Aut id mihi *satis* est, quod est de me opinionis... aut, si id *patrum* est... Div. Caec. 36. Si mihi tecum *minus* esset quam cum tuis omnibus... Fam. 13. 10. 2.

Si *recte* esset... sin *secus*... Brut. 330. Apud matrem *recte* est. Att. 1. 7. 1, cf. Quint. fr. 3. 1. 1, Att. 40. 12. 2 et 6. Quint. fr. 3. 2. 3, Fam. 10. 20. 3.

Illa, quae aliis *sic*, aliis *secus*... videntur. Leg. 1. 47. *Sic* in animo est. Att. 2. 5. 2, cf. Div. 2. 120, Rep. 1. 60. Haec *tam* esse, *quam* audio, non puto. Quint. fr. 1. 2. 9.

Ut (1) quidem nunc est, nihil sane est necesse mittere. Att. 13. 26. 2, cf. Fam. 4. 9. 2, Att. 7. 4. 3, 12. 29. 1.

ξ Verbum est personale :

Apud bonos iidem sumus, quos reliquisti, apud sordem urbis et faecem multo *melius* nunc, quam reliquisti. Att. 1. 16. 11.

Cum in convivio *comiter* et *iucunde* fuisses. Dei. 19.

Erat villa Valeri nostri, ut *familiariter* essem et *libenter*. Att. 16. 7. 1, cf. Att. 13. 32. 2, Fam. 9. 19. 1.

In maritimis *facillime* sum. Fam. 2. 16. 2.

Pompeius erat apud me, cum haec scribem, *hilare* et *libenter*. Fam. 16. 10. 2.

Quaero, peregrinum cur me esse dixeris. Nam si *ita* sum... Sul. 22. Non *ita* mos est. C. Rab. 35. Cum corpus bene constitutum sit et sit exploratum *ita* futurum. Fin. 2. 92, cf. Fin. 4. 65, Tusc. 2. 17, Quint. fr. 1. 1. 33. 2. 11. 4. 3. 2. 9, Att. 6. 1. 14. 4. 1. 8.

O hospitem mihi tam gravem ~~χαρακτηρίζω~~^{χαρακτηρίζω}! Fuit enim *perrucunde*. Att. 13. 32. 1.

Eum *recte* primum esse suo indicio. Ae. fr. 20. De Attica pergratum mihi fecisti, quod curasti, ante scirem *recte* esse quam non *belle* fuisse. Att. 14. 16. 4.

In tali negotio cur tu unus non *satis* es? Att. 13. 25. 2.

Parente, quem veretur ut deum (neque enim multo *secus* est parens liberis)... Planc. 29.

Sic vita hominum est. Rose. 84. *Sic* est vulgus. Q. Rose. 29. *Sic* habitus est. Lae. 5. *Sic* fuit. Or. 18.

Sum *tuto*. Fam. 13. 3. 4. *Tuto* non eris. Att. 13. 11. 1, cf. Cat. 1. 19. Dom. 8 (ter), Pis. 29, Phil. 1. 9, Fam. 11. 5. 1, 14. 3. 3, Att. 13. 12. 1.

Quidvis est melius quam *sic* esse, *ut* (2) sumus. Fam. 16. 12. 4. Sint magna constantia, *ut* ii fuerunt, quos... Lae. 19. Lumina, *uti* tum essent, *ita* recepit. De Or. 1. 179.

2. Adverbia loci multa sunt, quae nihil admirationis habeant nec digna sint, quae hoc referantur, v. g.: *hic*, *illuc*, *ibi*, *ubi*, etc.; alia vero non nulla, propria adiectivis praedicatis, cum iis, quae antecedunt, exemplis recte possunt conferri.

1 Cf. B. Dahl, p. 40.

2 Cf. B. Dahl, p. 39.

a) Apud Caesarem per pauca sunt :

Ex ea turri, quae *circum* essent opera, tueri se posse. B. C. II. 10. 1.
Partem insulae, quae est *propius* solis occasum. B. G. IV. 28. 2.
Cives Romanos, qui eius praesidii fiducia *una* erant. B. G. VII. 38. 9.

b) Apud Ciceronem plura numerantur :

Coram cum sumus. Quint. fr. 2. 9. 1.

Semper illud *extra* est, quod arte comprehenditur. Fin. 5. 16, cf. ib. 68, Nat. d. 2. 147, Rep. 6. 29.

Quod *intus* est atque nostrum. Dei. 30.

Quae (mors) certe a senectute non potest esse *longe*. Cat. M. 66. *Longe* est a Tiberi ad Caicum. Flace. 72.

Haec commemoro, quae sunt *palam*. Pis. II, cf. in Sen. 18, Ver. 3. 65.

Caelestia *procul* esse a nostra cognitione. Ac. 4. 13. Sunt haud *procul* ab aetatis huius memoria. Rep. I. 1, cf. Leg. 2. 56.

Propius fore eos ad respirandum. Fin. 4. 64.

Vident... unum virum esse... et eum *propter* esse. Imp. Pomp. 13.

Dicunt se Flacco et iis, qui *simul* essent,... dedisse. Flace. 43. Homine, qui *simul* esse solebat. Clu. 173.

Partes eae, quae sunt *infra* quam id, quod devoratur, dilatantur, quae autem *supra*, contrahuntur. Nat. d. 2. 433.

Annum fere *una* sunt. Quinc. 13, cf. Ver. 2. 177, etc.

In hac igitur adverbiorum usurpatione ad cotidianum et vulgarem sermonem Cicero propius accessit, Caesar autem eo solitus est abstinere.

§ 2. — Adverbia in comparatione usurpata 1.

Ad augendam vim adiectivorum multa adverbia adhibentur, quae, cum diversa dicendi genera redoleant, manifesta ad singulorum scriptorum latinitatem discernendam indicia praebent; nam, exempli causa, *oppido* aut *multum* ubique invenitur, ibi sermo vulgaris aut cotidianus certo agnosci potest. Ut igitur quantum Caesarianum genus dicendi a Ciceroniano differat intellegatur, plurimum proderit, apud utrumque qui fuerit eorum adverbiorum usus, inquirere; ea omittam, quae ubique reperiuntur, ut *magis*, *maxime*, *tam*; ad cetera autem enumeranda non parum mihi commentarii proderunt, quos maxima cura atque industria elaboratos ea de re edidit et Hellmuth et praecepit Wölfelin.

1. Cf. Wölfelin, *lateinische und romanische Komparation*, pp. 7-29; *Zur lateinischen Gradation*, Archiv, I. 1883, pp. 93-101; Hellmuth, *De seruosis proprietatibus*, pp. 32-35.

I. Singulae vocees :

ADMODUM. *a*) Apud Caesarem his reperitur cum adiectivo coniunctum : *a*) *firmos* ramis. B. G. VII. 73; 2. *a*, *magnis* itineris. B. G. VII. 56, 3.

b) Apud Ciceronem occurrit in orationibus raro in ceteris vero libris saepissime, nec solum cum iis nominibus coniungitur quae vel quantitatatem (*ratio*, *parvus*, *plus*, *multus*) significant vel actatem (*parcere*, *securus*, *qua* *lescens*) (1), verum etiam cum multis aliis : *quatinus* (Lae. 16. Ver. 3. 10), *impius* (Nat. d. 3. 7), *iniquitus* (Brut. 294), *infelix* (Diy. 2. 78), etc. v. Merguet, *Lex. za den phil. Schr.*, I. 79-80. — Cum iis autem verbis praelestum coniungitur, quae affectum significant, v. g. : *delecto* (Att. 7. 24), *dilego* (Fam. 4. 13. 6), etc.; cf. du Mesnil ad *Lsg.* I. 21.

BEST. (2) *a*) Apud Caesarem semel in epistola vim comparationis habet : *bene tibi cognitus sum*, ap. Cie. Att. 9. 16. 2.

b) Apud Ciceronem saepe occurrit; iis undecim exemplis, quae laudat Weddlin p. 13, ea addere possum : *b*, *longinquus*, Fin. 2. 94; *b*, *ponitus*, Ver. 2. 169; *b*, *cocostus*, Diy. Cacc. 48; *b*, *peritus*, Brut. 81; *b*, *matre*, Att. 4. 9. 2 (3).

EQUUS. *a*) Apud Caesarem quinque invocatur : *montas* — insquam autem alibi hoc verbum occurrit.

b) Apud Ciceronem numquam in orationibus reperitur cum adiectivo coniunctum, in ceteris libris raro nec umquam nisi cum iis adiectivis, quae laudem significant : *e*, *gratus*, Att. 2. 22. 3, etc. v. Weddlin, p. 19.

IMPENDIO. *a*) Deest apud Caesarem.

b) Unum est exemplum Ciceronianum : *i. magis* odit senatum. Att. 10. 4. 9. Multa sunt comicorum.

INSIGNITI. *a*) Apud Caesarem deest.

b) Apud Ciceronem duobus locis legitur, quos Hellmuth laudavit : *i. improbus*, Quinc. 73; *i. impudens*, Phil. 2. 10 cf. apud Plautum *i. magnus*, Cas. 1010; *i. onus*, Rud. 1097.

MAGNOPER cum adiectivo coniunctum. *a*) Apud Caesarem deest.

b) A Cicerone numquam nec in orationibus nec in libris philosophicis cum adiectivo coniunctum est; ex ceteris libris unum laudat exemplum Weddlin (Arch. I. I.); *m. vacundus*, Att. I. 8. I. Nullum alind novi.

MIRE. *a*) Apud Caesarem deest.

b) Apud Ciceronem raro invenitur : *m. scite*, Ver. 2. 87 (4).

MIRIFICE. *a*) Apud Caesarem deest.

1. *Amodiatio* verhindert sich gegen 1. mit Adjectiven der Größe oder Masse, stimmung 2. mit den den Geschlechtern des Alters bestimmenden Wörtern. — Lindgrat Reisigs *Uterus* (173. n. 402 a).

2. Beste de hac voce Hellmuth p. 32: « Non dulcissimi est inquit painis frumentis vocati usus ad seruum et solitum teverantur sic illi puto Cicero imperialis in epistulis inseruit. »

(3) Cum voce *best* conteri potest nullus quod ipsius significatio entitiam non servet. Apud Caesarem deest apud Ciceronem non semel — deest. Hinc *nullus* sum per putativ. Att. 9. 1. 3. (ceterum nullus puto). Epis. 7. 2. 3. Non *nullus* quin me *nullus* inquit Att. 13. 1. 2. Scriptoribus illis *nullus* *nullus* exesse sum tamquam Brut. 88. Quo neminem veterum *perus* — *debet* Phil. 11. 12. *Hoc* *nullus* reguntur. Ver. 4. 94.

4. De hoc exemplo interpretando v. Hand. III. 627. — v. Hellmuth p. 32.

b) Non nulla exempla ex epistulis deprompta ab Eduardo Wölfflin (p. 19) laudantur : *m. abstineus*, Att. 3. 21. 6, etc.

MULTUM. *a)* A Caesare numquam cum adiectivo coniunctum est.

b) A Cicerone bis : *m. bonus*, Ag. 3. 13, *m. dispar*, Off. 1. 109.

OMNINO. *(1) a)* Bis a Caesare adiectivo coniunctum est : *o. imperitus*, B. G. IV. 24. 4; *o. falsus*, B. C. II. 31. 3.

b) A Cicerone multo saepius : *o. inanis*, Ver. 4. 93.; *o. infirmus nugariusque*, Caecc. 64; *o. molestus*, Har. r. 41, etc.

OPPIDO. *a)* Apud Caesarem deest.

b) « Antiquum vocabulum, in familiaribus sermonibus apud comicos saepe obvium, numquam est ab oratoribus acceptum, sed a Cicerone tantum in doctrinarum libris et in epistolis usurpatum (2). » *O. ridiculus*, De Or. 2. 239; *o. pauci*, Fam. 14. 4. 4. Semel etiam cum verbo coniungitur : *o. inter se differunt*, Fin. 3. 33.

PER. *a)* Apud Caesarem numquam ab adiectivo aut verbo separatum est.

b) Apud Ciceronem contra non numquam : *per mihi mirum visum* est, De Or. 4. 214; *per mihi gratum* est, Att. 1. 4. 3; *per mihi, per, inquam, gratum feceris*, Att. 1. 20. 7; *per enim magni aestimo*, Att. 40. 1. 1; *per mihi breris...* videtur, Clu. 2; *pergrata perque jucunda*, De Or. 1. 205, cf. Quint. fr. 3. 1. 4; *per fore accommodatum tibi*, Fam. 3. 5. 3; *per mihi benigne respondit*, Quint. fr. 2. 9. 2; *per videre relim*, Att. 15. 4. 2, etc. Cum his sententiis iure confert Tyrrell (ad Att. 1. 20. 7, I. 237) non nullos locos comicorum : *per pol saepe peccas*, Pl. Gas. 370, cf. Ter. And. 435, 486, Hec. 38.

PERFECTE. *a)* Apud Caesarem deest.

b) Deest etiam in orationibus Ciceronis; ex ceteris libris Wölfflin (*Archiv*, l. l.) laudavit : *p. disertus*, Brut. 101. Huc addi potest : *p. beatus*, Tusc. 2. 17. 4. 38, Tim. 21; *p. planeque eruditus*, Brut. 282.

PLANE. *a)* A Caesare numquam cum adiectivis coniunctum est.

b) A Cicerone non raro : *p. expertes doctrinae*, Nat. d. 2. 47; *p. fatui*, Fin. 2. 70; *p. frugi atque sobrii*, Ver. 3. 67; *p. perfectum*, Brut. 35, etc.

PRORSUS. *a)* Apud Caesarem deest.

b) Apud Ciceronem saepe verbis praeponitur (v. g. : *p. adsentior*, Div. 2. 100) vel negationibus (v. g. : *p. nullus*, de Or. 2. 14) vel voci *ita* (v. g. Sul. 54), ceteris rarius : *p. una*, Pis. 68; *p. satis*, Tusc. 4. 33. *p. divina*, Tusc. 1. 65; *p. vehementer et serere*, Att. 16. 15. 2; *p. summa*, Att. 1. 11. 2; *affatim p.* Att. 16. 1. 5.

QUAM (3) ita cum adiectivo positivo coniunctum, ut verbum volendi non sit interiectum :

a) In non nullis codicibus his duobus locis scriptum legitur : Palmae rami *quam late* diffunduntur, B. G. VI. 26. 2. *quam* : β ; *ramique* : α , edd. *Quam magnum* numerum iumentorum, B. C. I. 53. 1. *quam* : *Laurent.*, *Vatic.*; *iam* : *cett. codd.*; *del.* Nipperdey, Kübler, Holder; *per magnum* : Paul, Hofmann.

b) Apud Ciceronem non nullis locis adhuc ab editoribus retinetur : Itaque *quam severe* nos M. Curtius accusat, Att. 14. 9. 2 (4). *Quam*

[1] Hanc vocem nescio cur Wölfflin omiserit.

[2] Hand. III, p. 380.

[3] Hoc adverbium Eduardum Wölfflin (l. l.) omisso miror; id autem a classicis scriptoribus usurpari Landgraf negat (*Vorlesungen*, n. 402 a.).

[4] Boot tamen : *tam*; *cett.* : *quam*.

magni aestimat. Att. 7. 43. 2 (1). Idem etiam bis apud Caelium. Fam. 8. 8. 9. 8. 43. 2 occurrit et apud comicos, v. g. Ter. And. 109.

SANE. a) Apud Caesarem deest.

b) A Cicerone usurpatissimum est, nec solum in epistulis atque in primis orationibus, ut Wölfflin (p. 11) arbitratur, sed in omnibus libris, v. g. : *s. lete*, Sest. 44; *s. magnus*, Rab. Post. 44, Phil. 2. 106, Ac. 1. 2 Nat. d. 2. 73; *s. difficilis*, Phil. 2. 59, etc. v. utrumque Henrici Merguet lexicum (IV, 386; III, 442).

SATIS. a) A Caesare non numquam usurpatum est : *tumulus s. gratus*, B. G. I. 43. 1; *s. magnus numerus*, B. G. V. 21. 2; *s. magna valles*, B. G. VII. 47. 2.

b) A Cicerone saepius : *s. hoc quidem scite!* Phil. 43. 22; *s. rehementer diuine aegrotavit*, Clu. 173; *s. feliciter*, Ver. 2. 93; *s. late*, Imp. Pomp. 54; *s. belle*, Fin. 5. 6, etc. Reete animadvertis Wölfflin (p. 23) hoc adverbio vim vocis interdum non augeri, sed minui : Cum quaereretur, quid maxime in re familiari expediret, respondit: *Bene pascere*; quid secundum : *Satis bene pascere*; quid tertium : *Male pascere*. Off. 2. 89.

SUMME. a) A Caesare semel usurpatur, cum verbo coniunctum : *s. cupere*, B. G. III. 43. 8.

b) A Cicerone non numquam etiam cum adiectivis (2) coniunctum est, nec id solum in primis operibus (3), sed etiam in ceteris : *s. beatus*, Fin. 4. 55, 56; *s. miser*, Fin. 4. 21; *s. laudabilis*, Fin. 5. 93.

VALDE. a) A Caesare semel in epistula usurpatum est, cum verbo coniunctum : *quam valde probetis*, ap. Cie. Att. 9. 7 C. 4.

b) Apud Ciceronem saepius occurrit; exempla non pauca laudavit Hellmuth (p. 34) et Wölfflin (p. 9), quibus multa addi possunt : *r. intemperanter*, Phil. 1. 12; *r. mirum*, Ver. 1. 117; *r. decorum*, Off. 2. 64; *r. lenes*, Rep. 1. 66, etc.

VEHEMENTER. a) Apud Caesarem nusquam invenitur nisi cum verbo aut participio coniunctum, v. g. *r. attenuatus*, B. C. III. 89. 1.

b) Apud Ciceronem nusquam fere occurre Wölfflin (p. 11) docet, nisi cum verbis aut cum *grato*: per pauca excienda esse monet : *r. περιπλανηθείς*, Att. 43. 19. 3; *r. utile*, Off. 2. 63. Eius modi tamen sententias non ita raras esse arbitror : *r. utilis*, De Or. 2. 216, Bal. 60; *r. gravis*, Clu. 64; *r. cupidus*, Ver. 2. 12; *r. carus*, Fin. 5. 31; *r. insignis*, Ag. 2. 34; *r. ardans*, Off. 1. 66.

2 | Coniunctae voces :

a) IN PRIMIS, CUM PRIMIS.

α) Apud Caesarem, semel invenitur *in primis* cum adiectivo coniunctum : *i. p. firma*, B. G. V. 54. 2; saepius cum verbis ; *cum primis* prorsus deest.

β) Apud Ciceronem, *in primis* saepissime occurrit, v. g. : *i. p. acutus*, Div. 2. 150; *i. p. hebes*, Fin. 4. 50; *i. p. honestus*, Ver. 3. 67, etc., v. Merguet, *Lexikon zu den Reden*, II. 670, *z. den phil. Schriften* II. 283.

1 Baiter, Boot; *quam*, Wesenberg, Tyrrell v. eins dñst. III. 28. Merguet, 59.

2 De ea voce cum verbis coniunctu, v. Landgraf, *pro Russine*, p. 143.

3 Summe hat Cicero namentlich in seinen älteren Schriften nicht selten gebraucht, de Inv. 1. 30 s. *necessarius*, 2. 134 s. *nullius*, Wölfflin, p. 7.

*Cum primis fore nusquam occurrit nisi in primis operibus; hos locos congesit Landgraf (pro Roscio, 134) : Quine, 24, 38, Ver. I, 137, 2, 68, 3, 200, Caec. 10, Brut. 203, 224. Olim etiam legebatur : *cum primis* hominem prudentem. Div. I, 68, nunc *cum prime*; cf. Krebs-Schmalz, *Antibarbarus*, I, 347 (1).*

b) Voces cum verbo *quam* coniunctae.

α) Apud Caesarem desunt.

β) Apud Ciceronem occurrit :

MIRE QUAM : Unum novi exemplum : *mire quam illius loci...* cogitatio delectat. Att. I, 41, 3 (2).

MIRUM QUAM : Unus est Ciceronianus locus : *mirum quam inimicus ibat*. Att. I3, 40, 2.

PERQUAM : Hellmuth (p. 33) laudat : *p. miserum*, Inv. 2, 36; *p. grave*, Ag. 2, 2, Planc. 16; *p. flebiliter*, Tusc. 2, 49; *p. breriter*, De Or. 2, 49 (201); *p. inane*, Tusc. I, 107. Wölfflin (p. 27) addit : *p. tenuis*, De Or. I, 129. Eo etiam adici potest : *p. diligenter*, De Or. 2, 237; *p. puerile*, De Or. 2, 108; *p. optanda*, De Or. 2, 161.

SANE QUAM : Duo exempla (3) laudat Wölfflin : *s. q. refririt*, Quint. fr. 2, 4, 3; *s. q. brevi*, Leg. 2, 23 (4).

c) Aliae formulae.

α) Quascumque hic enumerabo apud Caesarem desunt.

β) Erat ei pecuaria res... *sane bene* culta et fructuosa (5). Quinc. 12. *Bene plane* magnus. Tusc. 2, 44 (6). Aquam... *belle sane* fluentem vidi. Quint. fr. 3, 1, 1. Nec *tam multum* dormiens ullo somnio sum admonitus. Div. 2, 142. *Tam valde* timendum. Leg. 2, 39 (7). Numquam cum senatu *tam vehementer* consociati fuistis. Phil. 4, 12, cf. Q. Rosc. 22, Ac. 2, 44, Tusc. 3, 37.

3 Restat ut ad ea adiectiva et adverbia pergamus, quae cum praepositionibus *per*, *prae*, *sub* ita composita sunt, ut eorum aut augeatur vis aut minuatur. Reete enim Stinner (8) animadvertis ea composita pleraque propria esse sermonis cotidiani; non igitur erit mirandum, si Ciceroniana plurima, Caesariana vero pauca reperiemus.

(1) De voce *inprime* haec scripsit Wölfflin (p. 23) : « ... so wenig lässt sich einer Bildung *inprime*, welche bei Cic. de har. resp. 17, 36. vorkommen soll, ein rechter Sinn abgewinnen. » Hie autem locus corruptus ab omnibus editoribus nunc correctus est : cf. Krebs Schmalz, *Antibarbarus*, I, p. 638.

(2) Hunc locum corruptum esse Hand (III, 636) iniuria suspicatur.

(3) Alia etiam excerptit ex epistulis Caeli (Fam. 8, 1, 2, 4, 2, 6, 1, 10, 1, 14, 1), Servi Sulpici (Fam. 4, 3, 4), Bruti (Fam. 11, 13 a, 4).

(4) *Valde quam* occurrit apud Dec., Brutum (Fam. 11, 13 a, 3), Wölfflin, ib.

(5) Hellmuth (p. 33) qui hoc exemplum simul et duo proxima laudat, cum eo confert Ter. Andr. 848, Ad. 386.

(6) Hand (II, 3) hunc locum impugnavit. Scribit Kühner : *Bene. Plane magnus*.

(7) Huius sententiae *tam valde* post Dräger Hellmuth (p. 33) haec exempla profert : Phil. 1, 5, Div. 2, 81, Fin. 3, 31, Leg. 2, 2, Att. 7, 8, Fam. 5, 6.

(8) *De eo quo Cic. in ep. usus est sermone*, p. 17.

a Adiectiva coniuncta cum vōce *per*.

z Apud Caesarem ea ocurrunt:

Perangustus (B. G. VII. 15. 5), *pereriquus* (B. G. V. 15. 4), *B. C.* III. 42. 3, *III.* 87. 2), *perfervidus* (B. G. I. 2. 2, I. 3. 6, VII. 63. 2), *pergratus* (B. C. I. 86. 4), *perelonus* (B. C. II. 25. 2), *permixtus* (I. B. G. VII. 31. 4), *permultus* (B. C. III. 43. 4), *perpaci* octies.

β A Cicerone ea omnia usurpata sunt praeter *perditum*, et praeterea (2) :

Perabsurdus (Part. or. 54), *peracute* (Fam. 9. 46. 4), *peracutus* (Cat. M. 33), *peracute* (Ac. I. 33), *peractus* (Plane. 72), *peradulcans* (Imp. Pomp. 61), *peractae* (Pis. 86), *peractus* (Att. 4. 8 B. 3), *perambulans* (Fam. 9. 20. 3), *perante* Att. 15. 12. 2. 3), *peramble* (Ver. 4. 119), *perantiquus* (Rep. I. 38), *perappositus* (de Or. 2. 274), *peraridus* (Ver. 3. 166), *perargutus* (Brut. 167), *perattente* (Gael. 25), *perattentus* (Ver. 3. 10), *perbeatus* (de Or. 1. 1), *perbelle* (Fam. 16. 18. 4), *perbene* (Brut. 108), *perbenirobus* (Fam. 14. 14. 6), *perbipedes* (Bal. Post. 21), *perbunus* (Tusc. 71), *perbrevis* (Brut. 158), *perbreriter* (de Or. 2. 235), *percarnus* (Scaur. 39), *percavitus* (Quint. fr. I. 1. 18), *perceler* (Gael. 58), *perceleriter* (Rep. 2. 12), *percomis* (Brut. 212), *percommode* (Ver. a. p. 5), *percupidus* (Fam. 1. 7. 2), *percuriosus* (Clu. 175), *perdifficilis* (Plane. 3), *perdifficiliter* (Ac. 2. 47), *perdignus* (Fam. 13. 6. 4), *perdiligens* (Quint. fr. 3. 5. 6), *perdili* genter (Brut. 14), *perdiserte* (de Or. 1. 62), *perdiu* (de Or. 1. 8), *perdiutinas* (Nat. d. 2. 85), *perdores* Ver. 4. 59, *perdorius* (Bal. 60), *perde* gans (Rep. I. 29), *pereleganter* (Brut. 197), *pereloquens* (Brut. 237), *pereruditus* (Fin. 2. 12), *perexcelsus* (Ver. 4. 107), *pererique* (Att. 16. 1. 5), *perexpeditus* (Fin. 3. 36), *perfacete* (Ver. 1. 121), *perfacetus* (Plane. 35), *perfaunaris* (Leg. 2. 34), *perfidellus* (Att. 2. 19. 5), *perflavissimus* (Flav. 30), *perfrigidus* (Ver. 4. 86), *pergrandis* (Ver. 2. 19), *pergraris* (Gael. 63), *pergratir* (de Or. 1. 227), *perhonoriſe* (Att. 15. 12. 2), *perhonoriſcus* (Prov. cons. 43), *perhymenitor* (Fam. 7. 8. 1), *perhymenous* (Fam. 13. 21. 1), *perillustris* (Att. 3. 20. 1), *perimbeccillus* (Att. 10. 48. 1), *perin* commode (Att. 1. 17. 2), *perindalvens* (Off. 3. 112), *perinfirmus* (Fin. 2. 33), *peringeniosus* (Brut. 92), *periniquus* (Imp. Pomp. 63), *perinsignis* (Leg. 1. 31), *perineritus* (fr. A. VII. 33), *perinvitus* (Fam. 3. 9. 1), *peri ratus* (Fam. 9. 6. 3), *periuvnde* (Gael. 25), *pericundus* (de Or. 2. 26), *perlate* (de Or. 2. 17), *perlevis* (Ag. 2. 80), *perleriter* (Tusc. 3. 61), *perli* bens (Quint. fr. 2. 6. 6), *perlibenter* (Tim. 2), *perliberaliter* (Rose. 108), *perlongus* (Ag. 2. 3), *perluvidus* (Nat. d. 2. 98), *perluctuas* (Quint. fr. 3. 8. 5), *permedioris* (de Or. 1. 220), *permirus* (Div. 2. 99), *permodes* (Cat. 2. 12), *permoleste* (Phil. 1. 36), *permolestus* (Rep. 1. 32), *pernece* sarius (Flacc. 14), *perneceſſe* (Tull. 49), *pernobilis* (Ver. 4. 127), *perobscurus* (Nat. d. 1. 17), *perodiosus* (Att. 10. 17. 2), *perofficioſe* (Fam. 9. 20. 3), *peropportune* (de Or. 2. 15), *peropportunitus* (de Or. 2. 234), *peroptato* (de Or. 2. 20), *perrotatas* (Brut. 158), *perparvulus* (Ver. 4. 93).

1 Var. *peractus*.

2 Singulis verbis singula tantum exempla affirmo. Absque M. 1. 1. 1. 8.

3 i.e. pererunt inventum.

4 Hoc verbum deest apud Lewis. Short et Georges.

(Sest. 30), *perpauculus* (Leg. 1. 34), *perpaulum* (de Or. 2. 150), *perpauper* (Att. 6. 3. 5), *perpolitus* (de Or. 1. 31), *perpusillus* (de Or. 2. 245), *perraro* (Sest. 30), *perreconditus* (de Or. 1. 135), *perridicule* (de Or. 2. 239), *perridiculus* (de Or. 2. 77), *persaepe* (Rep. 2. 2), *persalse* (Quint. fr. 2. 13. 3), *persalsus* (de Or. 2. 279), *persapiens* (Prov. cons. 44), *persapienter* (Mil. 11), *perscienter* (Brut. 202), *persimilis* (Tull. 31), *persstudiosus* (Cat. M. 3), *persubtilis* (Planc. 38) (1), *pertenuis* (Clu. 168), *pertristis* (Cael. 23), *pertumtuose* (Fam. 43. 4. 3), *perturpis* (Cael. 50), *perurbanus* (Brut. 239), *perustus* (Fam. 43. 43. 2), *perutilis* (Att. 9. 47. 2), *pervarie* (de Or. 2. 327), *pervesperi* (Fam. 9. 2. 1), *pervetus* (Rep. 1. 58), *pervetustus* (de Or. 3. 201).

b) Adiectiva coniuncta cum voce p̄ae.

*α) Apud Caesarem nullum est ; non enim in *praeacuto p̄ae* gradum significat, sed partem.*

*β) Apud Ciceronem duo : *praeclarus* (Ver. 4. 117, etc.) et *prae-potens* (Rab. Post. 44, etc.).*

c) Adiectiva coniuncta cum voce sub.

*α) Apud Caesarem unum est : *subnubilus* (B. C. III. 54. 2).*

β) Apud Ciceronem multa :

Subabsurde (de Or. 2. 273), *subabsurdus* (de Or. 2. 274, etc.), *subadraganter* (Ac. 2. 114), *subagrestis* (Rep. 2. 12, etc.), *subamarus* (Fat. 8), *subcontumeliose* (Att. 2. 7. 3), *subcrispus* (Ver. 2. 408), *subdifficilis* (Lae. 67), *subhorridus* (Sest. 21), *subimpudens* (Fam. 7. 47. 1), *subinanis* (Att. 2. 47. 2), *subinsulsus* (Opt. gen. 7), *subinvisus* (Rab. Post. 40), *subiratus* (de Or. 1. 72, Fam. 3. 9. 1), *submoleste* (Att. 5. 21. 1), *submolestus* (Att. 16. 4. 4), *submorosus* (de Or. 2. 279), *subobscenus* (Or. 88), *subobscurus* (Or. 11, Brut. 29), *subodiosus* (Att. 1. 5. 4), *subpar* (Brut. 29), *subrancidus* (Pis. 64), *subraucus* (Brut. 141), *subridicule* (de Or. 2. 249), *subrusticus* (Brut. 259, etc.) *subturpiculus* (Att. 4. 5. 1), *subturpis* (de Or. 2. 264) (2).

Ex his verbis pleraque neque ante Ciceronem usurpata sunt nec post eum, ex quo apparet, quam audax fuerit et liber in novis vocabulis singendis, cum contra Caesar tamquam scopulum sic inauditum verbum vitare solitus sit.

Ex iis denique omnibus, quae in hoc capite notata sunt, mihi videtur colligi posse, et quanto paucioribus verbis Caesar quam Cicero usus sit (3), et praesertim quanta religione ab iis verbis abstinuerit, quae aut obsoleta aut inusitata aut vulgaria essent; id

(1) Verbum deest apud Merguet (III. 614).

(2) Huc etiam referri possunt non nulla verba Ciceroniana : *subaccuso* (Planc. 86), *subdiffido* (Att. 13. 20. 2), *subirascor* (Fin. 2. 12), *subnego* (Fam. 7. 19. 1), *suboffendo* (Quint. fr. 2. 6. 5), *suppoeniet* (Att. 7. 14. 1), *suppudet* (Fam. 9. 1. 2, 13. 16. 1), *subri-deo* (Q. Rose. 22), *subringor* (Att. 4. 5. 2), *subvereor* (fam. 4. 10. 1).

(3) De hac Caesariana verborum paucitate cf. Weise, *caractères de la langue latine*, p. 38.

modo in iis vocibus notabamus, quae ex voce *sub* constabant; idem etiam animadverti potest in iis adverbii, quae aut omnino numquam usurpavit, aut certe numquam cum adjektivo coniunxit: *impedio, insignite, male, magnopere, multum, mire, mirifice, oppido, per, perfecte, plane, prorsus, quam, sane, vehementer, cum primis, mire mirum quam, perquam, sanequam, etc.* Nullum est contra adverbium Caesarianum, quin apud Cicerone in occurrat.

CAPUT V

DE PRAEPOSITIONUM USU.

AB.

Non numquam apud Caesarem *ab* ita usurpatum ad intervallum significandum, ut non loco, unde quis abest, sed ipsi numero praepositio addatur (1) :

A milibus passuum minus duobus castra posuerunt. B. G. II. 7. 3. Incepitare vocibus, quod tanta machinatio *a* tanto spatio institueretur. B. G. II. 30. 3. Naves, quae ex eo loco *a* milibus passuum VIII vento tenebantur. B. G. IV. 22. 4. *A* milibus passuum circiter duobus Romanorum adventum expectabant. B. G. V. 32. 1. Positis castris *a* milibus passuum XV auxilia Germanorum expectare constituant. B. G. VI. 7. 3. Suberant montes atque *a* milibus passuum V itinera difficilia... excipiebant. B. C. I. 65. 3. *A* medio fere spatio suos... cohortatus. B. C. III. 46. 4.

Haec vis atque usurpatio praepositionis nusquam apud Ciceronem videtur reperiri, non raro autem apud Livium occurrit, v. g. XXIV. 4. 6, XXX. 29. 10, cf. Riemann-Benoist, ad librum tertium et vicesimum, annot. CIII, p. 345; ad librum sextum et vicesimum, annot. XCVI, p. 469. Raro autem et a Caesare et a Livio nomen loci nomini intervalli adicetur; unum est exemplum Caesarianum : *ex eo loco*. B. G. IV. 22. 4; cf. apud Livium : *a* quattuor milibus *inde*. XXX. 29. 10.

CAUSA.

Apud Caesarem non numquam, apud Ciceronem rarius *causa* ad eam vim accedit, quae vocis *propter* esse solet; utriusque locos, quos potero, enumerabo.

(1) In hac praepositionis usurpatione recte attractionem notavit O. Riemann (*Syntaxe*, p. 172) : « L'emploi de *ab* dans des phrases comme « *milia passuum tria ab eorum castris castra ponit* » conduit à dire, par une sorte d'attraction : « *Ex eo loco a milibus passuum octo* »... ; *ab* en arrive ainsi à signifier « à une distance de... ».

1) Loci Caesariani :

Timoris *causa* pro se quisque id munus recusabat. B. G. I. 33. 4. Hos expectari equites atque eius rei *causa* moram interponi. B. G. IV. 9. 3. Non nulli (centuriones)... virtutis *causa* in superiores erant ordines huius legionis traducti. B. G. VI. 40. 7. Neque solum domi, sed etiam apud finitimas civitates largiter posse atque, huius potentiae *causa*, matrum in Biturigibus homini illuc nobilissimo... collocaisse. B. G. I. 18. 6. Quod non nulli cum probarent, periculi *causa* sequi non potuerunt. fr. 433. 7. cap. Cie. ad Att. 40. 8 B. 2.

2) Loci Ciceroniani pauciores sunt, cum praesertim tanto saepius apud eum quam apud Caesarem *causa* consueta significatio occurrat (1) :

Ut homines labore assiduo assueti, cum tempestatis *causa* (2) opere prohibentur, ad pilam se... conferunt. De Or. 3. 38 (3). Oro atque obsecro, cum huius, quem defendo, tum communis periculi *causa*. Planc. 36.

Una est tamen sententia, in qua non numquam, etiam apud Ciceronem, *causa* eadem, qua *propter*, significatio reperiatur : *virtutis causa*, v. g. :

Civis Romanus *virtutis causa* iam diu est. Ver. 2. 23, cf. Bal. 26. 37. 44, Leg. 2. 38 (bis).

Saepius tamen ea significatio dicitur *propter virtutem*, bestiam *ob virtutem*, v. Merguel.

CLAM.

Haec praepositio, a comicis saepissime usurpata, apud Ciceronem numquam occurrit (4), apud Caesarem autem semel :

Nonne sibi *clam* vobis salutem petivit? B. G. II. 32. 8 (5).

(1) Cum in omnibus Caesaris libris CLXIII omnino sunt sententiae in quibus *causa* reperiatur, in Ciceroni solis orationibus amplius ut numerantur.

(2) Numis aspere igitur Krebs Schmidz (Antiharras. I. 231) — sowohl mein in Redensarten, wie „des Wetters wegen könnte ich nicht kommen, al ist sagt *temporalis causa*, sondern meist *per tempestatem*, weniger *propter tempestatem*.

(3) Cf. : Verbi traditio instituta est in spacio *c. 200* Tropenlate *dilectionis*. De Or.

(3) Hunc locum ceteri non admittunt, quin si ratus compone esset, si pessimum sit tria *dilectionis causa* dicuntur.

(4) In loco vexatissimo et a plerisque editioribus nunc responte (AE. 40. 42 n. 2) Madvig dum coniceral *viam* istis v. Best. p. 499. Tyrell. IV. p. 193. Möller. p. ACl.

(5) *Vobis / codd., Kübler, Kraemer Hofmann, Frese Beiträge. p. 69—70. 1868.* Riemann, Holder.

CONTRA.

Apud Caesarem ceterosque historicos, non autem apud Ciceronem, *contra* locum saepe significat (1) :

Auxilia ex Britannia, quae *contra* eas regiones posita est, arcessunt. B. G. III. 9. 10. Cum Viridovix *contra* eum duorum milium spatio consedisset. B. G. III. 47. 5. Neque... quicquam praeter... eas regiones, quae sunt *contra* Gallias, notum est. B. G. IV. 20. 3. Insula natura triquetra, cuius unum latus est *contra* Galliam. B. G. V. 43. 1. Tertium (latus) est *contra* septentriones. ib. 6. Cf. *contra* Labieni castra. B. G. VII. 58. 6, VII. 62. 8; *contra* exteriorem hostem. B. G. VII. 74. 1; *contra* hostem. B. C. I. 41. 4, I. 42. 4; *contra* Massiliam. B. C. I. 56. 4; *contra* hostem. B. C. I. 70. 3, I. 80. 2; *contra* portum. B. C. III. 23. 4; *contra* Lissum. B. C. III. 28. 4; *contra* hostem. B. C. III. 63. 4; *contra* mare. ib. 4; *contra* Asparagium. B. C. III. 76. 4; *contra* Pompeium. B. C. III. 89. 3; *contra* equitatum. B. C. III. 94. 3.

CUM.

Semel apud Caesarem haec praepositio duas voces inter se coniungit, quarum altera dativo usurpata est :

Neque dubitare debere, quin si Helvetios superaverint Romani, una cum reliqua *Gallia Haeduis* libertatem sint erupturi. B. G. I. 17. 4.

Nullum tale exemplum novi Ciceronianum (2).

DE.

In hac praepositione usurpanda non parum a Caesare Cicero discrepat, nam et in loco et in parte significanda multo longius quam ille processit, atque etiam instrumenti verbo aut materiae hanc vocem aliquando praeposuit, Caesar autem numquam.

1) *De* nomini loci praepositum.

« *De* proprio declarat motum, quem alicunde procedentem sequimur (3). » Inde eo venit, ut originem motus significaret et saepe a praepositione *ex* non multum interesset. Hoc primum quidem factum est post ea verba composita, quibus *de* erat praepositum, mox vero idem usus etiam in ceteras sententias magis in dies

(1) Cf. Schmalz, p. 265; Fischer, *Rectionslehre*, I, p. 43.

(2) Livianum unum est exemplum, quod iam laudavit Fischer (*Rectionslehre*, II, p. 41): *Postularem, ut dis immortalibus honos haberetur, et ipse triumphans in Capitolium ascenderem...* Negaretis hoc mihi cum *dis immortalibus?* Liv. XXVIII. 48.

(3) Hand, *Tursellinus*, II, p. 483.

penetravit. Quo autem tempore antiquae linguae leges simul cum imperio Romano consenserunt, *de* in vicem praepositionis *ex* saepissime successit. Plurima exempla ex Hieronymo ceterisque eiusdem aetatis scriptoribus collecta P. Clairin (1) concessit et H. Gölzer (2). Eius autem formae dicendi iam inde a classicis auctoribus origo repeti potest atque eius usus vestigia apud Caesarum quidem rara, apud Ciceronem vero densiora deprehendi; in iis autem indagandis omnes locos praeteribo, in quibus verbum compositum ex praepositione *de* constat.

a) Apud Caesarem unum novi locum, in quo *de* praepositum sit nomini loci, unde quis exit aut discedit :

Civitati persuasit, ut *de* finibus suis *exirent* (3). B. G. I. 2. 1.

b) Exempla Ciceroniana cum multo plura sint, in iis laudandis eum modum ordinemque adhibeo, quo H. Gölzer usus est in Hieronymi genere dicendi investigando; sic enim, quid inter utrumque intersit, facilius intellegetur; primum igitur ea verba composita congeram, quibus *ab* vel *ex* praepositum est, cetera autem postea enumerabo.

α) Verba composita, quibus *ab* vel *ex* praepositum est :

Dissolvant iudicia publica, *de* (4) consilis *abducant*, quos velint. Ag. 2. 34.

De provincia clam *abire*. Ver. 2. 55.

Quem... *de* convivio in vincla atque in tenebras *abripi* iussit. Ver. 4. 24.

Num etiam *de* matris hunc complexu *acellet* atque *abstrahet*? Font. 46 (5).

Minus clarum fore putavit, quod *de* armario quam quod *de* sacraario esset *ablatum*. Ver. 4. 27. Quam multis istum putatis... *de* digitis annos *abstulisse*? Ver. 4. 37. Signum *de* busto meretricis *ablatum* isti dedit. Dom. 112. Qui *de* conviviis *auferantur*. Fin. 2. 23 (6). Etiam mensas argenteas *de* omnibus delubris iussit *auferri*. Nat. d. 3. 84. Simulacra deorum *de* locis sanctissimis *ablata* videamus. Nat. d. 1. 82 (7). Pecuniam de sanctiore aerario *auferrent*. Att. 7. 21. 2.

De manibus vestris *effugit* (8). Rose. 34, cf. ib. 131.

Nos hunc Heracliensem... *de* civitate nostra *eiciemus*? Ar. 22. Navi-

1. *Du génitif latin*.. pp. 112. 123

2. *Etude de la latinité de saint Jérôme*, p. 339

3. Nihil igitur admirationis habet in Hieronymi sententia, quam Iudith Gölzer (I. l.) : *In aliis fines de suis finibus... circa Ep. 15.*

4. *De* , codd. 8 M Lg. 9. Klotz. Kayser, e. Müller

5. Cf. *Abstrahetur e siue gremioque patitur*. Cic. 1. 39

(6) Cf. Ut... *e* convivio tamquam *e* proelio *auferretur*. Ver. 5. 28.

(7) Cf. Ut omnia signa... omne ebur *ex* aedibus sacris... *auferret*. Ver. 2. 30.

(8) Cf. Rex *e* manibus *effugit*. Imp. Pomp. 22, cf. Mil. 20.

gantem in alto *eicere de navi* velit. Off. 3. 89. M. Furium Flaccum... *de collegio eiecerunt*. Quint. fr. 2. 5. 2.

Nescio quo pacto (*disciplina*) iam *de manibus nostris elabitur* (1). Flacc. 15, cf. Mur. 83.

Myoparonom pulcherrimum de decem Milesiorum navibus electum. Ver. 1. 87. Ne *de venalibus quidem homines electos*. Sest. 134, cf. Ver. 1. 62, Phil. 10. 5.

Cur hunc... de carcere emitti iusserit (2). Ver. 5. 22.

Mihi *praeda de manibus eripitur* (3). Ver. 1. 142, cf. Rosc. 149, Sul. 28, Vat. 34. Si *qua vis istum de vestra severitate eripuerit*. Ver. 5. 173.

Videat aliquem... barbatulos multos exceptantem de piscina. Par. 38.

Eo de numero est excerptendum. De Or. 2. 47.

Gladii de manibus exciderunt. Pis. 21.

Te de somno excitari (4). Phil. 2. 68.

Omnia ista nobis studia de manibus excutiuntur. Mur. 30.

Modo existi de balneis (5). De Or. 2. 223, cf. Vat. 31. Quando... *de triclinio tuo exhibis?* De Or. 2. 263 (6). *De navi*. Att. 2. 7. 4. *De cavea*. Har. r. 26. *De provincia*. Pis. 30. *De vita*. Lae. 15. *De potestate* (7). Tusc. 4. 77.

Sese nomen Sex. Rosci *de tabulis exempturum*. Rosc. 26. *De fastis*. Ver. 2. 132. *De reis* (8). Ver. 4. 41. *De vectigalibus*. Phil. 2. 101.

De peripetasmatis quo modo te expediās, non habes. Ver. 4. 28.

Haec semper de vobis expetivi. Pis. 46.

Iam de fundo expulsus. Quinc. 83. *De praedio* (9). ib. 85. *De area nostra*. Att. 4. 3. 2.

De sella exsilit. Ver. 2. 75.

De quo quid est quod exspectetis? Cael. 23.

Athenienses, qui... commenti sunt se *de terra... extitisse*. Rep. 3. 25.

Utinam... possent... de civitate exterminari (10). Bal. 51.

Cuius iste donum... de manibus regiis extorsit (11). Ver. 5. 184, cf. 4. 52, Cat. 1. 16, Flacc. 97, Pis. 5, Mil. 18.

β) Cetera verba :

Quae (sacra) cum essent adsumpta de Graecia. Bal. 55.

Si glebis aut saxis aliquem de fundo praecipitem egeris. Caec. 60.

Cecidisse de equo dicitur (12). Clu. 173. *De manibus arma cecidissent*. Phil. 14. 21.

(1) Cf. Nihil umquam vidi, quod tam *e manibus elaberetur*. De Or. 2. 202, cf. Dom. 59.

(2) Cf. Hominem... *e carcere emissum*. Ver. 5. 24.

(3) Cf. Cum *eripiuntur e manibus ea*. Ver. 4. 47, cf. Phil. 12. 7.

(4) Cf. *Excita ex somno tuas litteras humanitatemque*. Fam. 16. 14. 2. Te *ex somno excitabunt*. Sul. 24, etc.

(5) Cf. Cum *e balneo exisses*. Dei. 42.

(6) Hoc loco verba Servi refert Cicero.

(7) Cf. *ex potestate*. Tusc. 3. 11 (bis).

(8) Cf. *ex reis*. Ver. 2. 99.

(9) Cf. *e praedio*. Quinc. 28.

(10) Cf. *ex civitate*. Lig. 33.

(11) Cf. *e manibus*. Ag. 2. 19, Cat. 2. 2, Phil. 13. 43.

(12) Cf. *ex equo*. Fat. 3.

- Agros de hostibus *captos* (1). Dom. 128.
 Cur cuncta civitas... de contione domum tuam *concurrerit*. Ver. 1. 80.
 Vos de pagis omnibus *conligatis* bonos illos... viros (2). Fin. 2. 12.
 Quae et splendide dicta sint neque sint *conversa* de Graecis (3).
 Fin. 1. 6.
Convoxata de hortulis in auxilium... turba temulentorum (4). Aē.
 fr. 20.
 Rem publicam de suis possessionibus... *dominari*. Ag. 3. 45.
 Quod... neque de praediis... *discresserit*. Rose. 79. *De foro* 3. Ver.
 2. 92. 4. 147. *De convivio*. Ver. 4. 49. *De Gallia*. Phil. 8. 21.
 Ut *ducere* animam de caelo non queant. Rose. 72.
Cum de foro in Capitolium cursum fleetere incipiunt. Ver. 5. 77.
De manibus fluent. Phil. 12. 8.
Cum vidisset haustam aquam de puteo (6). Div. 1. 112. *De dolio*.
 Brut. 288.
Scyphum de manu iacere conatus est. Ver. 4. 24.
Effigiem Cereris... de caelo lapsam. Ver. 5. 187.
Non dubitat... migrare de vita (7). Fin. 1. 62.
Ut alter de senatu movere velit. Clu. 122. *De eo*. Ac. 2. 141.
Doloris medicamenta... tamquam de narthecio proment. Fin. 2. 22.
Navium praefectos... de complexu parentum suorum... ad mortem...
rapuisti. Ver. 5. 138.
Recede de medio. Rose. 112.
Si qui iam de foro redeuntem... domum tuam te intrare prohibuerit (8). Caec. 89.
De exilio reducti a mortuo. Phil. 1. 24, cf. 2. 9.
Plura clam de medio removebat. Rose. 23, cf. Ver. 2. 173 (bis),
 177, 181.
Cn. Pompeio... de corpore rei publicae... tela reverlente. Pis. 25.
Nummos populo de rostris spargere solebat. Phil. 3. 16.
De accusatoris subsellio surgit. Rose. 104. *De sella*. Ver. 4. 147.
Cognoscendi consuetudo iam de civitate (9) *sublata est*. Rose. 3. Ne
 quis frumento de area (10) tolleret. Ver. 3. 36. *De prytanio*. Ver. 4. 126.
De oratione mea. Ver. 3. 103. *De terra*. Caec. 60. *De foro*. Clu. 79. Ag.
 1. 23, 2. 8. C. Rab. 10. *De re publica* (11). C. Rab. 2. Sest. 30, 33. Phil.
 2. 34, 9. 1. Fam. 1. 9. 15. Off. 2. 84. *De civitate*. Sest. 42, 73. *De fanis*.
Nat. d. 3. 84. De libro (12). Tusc. 3. 44, etc.
Anne de nobis trahere spolia... licebat? Bal. 54.
Litterae... de tabulis in libros transferuntur. Ver. 2. 189. *Nihil est...*

(1) Cf. Dici possit ex hostibus equus esse *captus*. Inv. 1. 83.

(2) Cf. *Ex agris magnum numerum hominum contegerat* Cat. 2. 8, etc.

(3) Cf. *Quem nos... e Graeco in Latinum conseruimus*. Off. 2. 87.

(4) Cf. *Ut... cuncta ex Italia omnes... convocarentur*. Sest. 128.

(5) Cf. *Discisse cum fratre e curia*. Ver. 4. 146.

(6) Cf. *Cum aquam ex puto vidisset haustam*. Div. 1. 31.

(7) Cf. *Ante quam ex hac vita migro*. Rep. 6. 9.

(8) Cf. *Cum Apronius ex palaestra redisset*. Ver. 3. 61. *E senatu*. Sest. 117, etc.

(9) Cf. *ex civitate*. Rose. 134. Har. r. 55, Vat. 24, Rab. Post. 11.

(10) Cf. *ex area*. Ver. 3. 37 (bis).

(11) Cf. *ex re publica*. C. Rab. 10, Vat. 55, Phil. 4. 3. 4.

(12) Cf. *ex omnibus librī*. Att. 42. 44. 3.

quod *de suo genere* in aliud genus *transferri* possit (1). Ac. 2. 50. *De tuo edicto*. Fam. 3. 84.

Ad iudicium... de contione... veniebat. Clu. 93. *De Capitolio*. In Sén. 42. *Verti multa de Graecis* (2). Tusc. 2. 26.

Haec omnia exempla si cum iis conferuntur, quae apud Hieronymum collecta protulit H. Goelzer, intellegetur inter haec utraque multo minus quam inter Ciceronianos Caesarianosque locos interesse.

2) *De nomini partis praepositum.*

Idem, quod in loco, etiam in parte significanda animadvertis potest, nam Caesar praepositionem *de* raro usurpat neque umquam fere nisi post pronomina aut numeros, Cicero vero saepissime et in quavis sententiae forma.

a) Exempla Caesariana quattuor (3) omnino sunt :

Pauci de nostris cadunt. B. G. I. 43. 2. *Quosdam de exercitu* nacti captivos ab his docebantur. B. G. V. 42. 2. *De his duobus generibus alterum est druidum, alterum equitum*. B. G. VI. 43. 3. *Fabius Paetilius quidam ex infimis ordinibus de exercitu Curionis...* Varum... requirebat. B. C. II. 35. 4.

Hoc ultimum exemplum solum est, in quo *de* ex nullo pronomine aut numero pendeat; ibi autem animadvertis potest hanc praepositionem ea de causa esse usurpatam, ne *ex* iteraretur : « *ex infimis ordinibus ex exercitu...* »

b) Exempla Ciceroniana cum plurima sint, ea separatis laudabo, in quibus ex pronominibus, ex numeris, ex superlativis, ex substantiis, ex verbis, ex toto denique enuntiato praepositio pendet (4).

α) *De* pendet ex pronominibus :

Aliquem de tua societate reperies. Rosc. 93. *Aliquis de populo*. Ver. 4. 148. *Aliquis de familia*. Caec. 55. *Aliquem de suo numero*. Phil. 44. 25. *De tuis aliquem tabellarium*. Att. 5. 48. 4. *De eius heredibus aliquis*. Leg. 2. 51. *Aliquem de tribus nobis*. Leg. 3. 14. *Aliquid de suis bonis*. Ver. 5. 128. *Aliquid de alieno*. Rep. 3. 24. *Aliquid de meis scriptis*. Att. 1. 46. 18.

De firmissimis alia prima ponet, alia postrema. Or. 50.

Alterum de duobus. Tusc. 1. 97.

Nemo de iis, qui peritissimi sunt. De Or. 1. 491. *Video de istis... abesse non neminem*. Cat. 4. 10. *Paene neminem, ne de officiosissima*

(1) C. Quid est, quod non possit... *ex conexo transferri* ad coniunctionum negationem? Fat. 46.

(2) Cf. *Ut e Graeco vertam*. Ac. 4. 26.

(3) *Ex contra*, hac significacione, in CXLII locis invenitur. V. Menge-Preuss.

(4) Cf. Hand, II, p. 496, sqq.; Dräger, I, p. 459; Clairin, p. 91.

quidem natione candidatorum. Pis. 35. *De antiquis... nomen*. Div. 1. 87.

Ut nihil ex sacro, *nihil de* publico attingeres. Ver. 2. 113. *Aihil de* Valerianis bonis. Flacc. 89. *Aihil addo de* meo. Har. r. 30. *In pertinen-*
tibus nihil est bonum praeter actiones honestas, de efficientibus nihil
praeter amicum. Fin. 3. 35. *Nihil non modo de fructu, sed ne de bonis*
quidem reliqui fecit. Ver. 3. 113. *Nihil de vitello*. Div. 2. 134.

Ut nulli supersint de inimicis. Mare. 21. *Nulla de* virtutibus tuis plu-
rimis. Lig. 37. *De virtutibus nulla*. Fin. 3. 36. *Yallum de* tribus his
generibus. Rep. 3. 47. *De ceteris... non nulla*. Ac. 2. 70.

Quos... de piratis abduxerat. Ver. 3. 72. *Qui vult de* illo populo.
Clu. 90. *Qui de* legione secunda ad consules venissent. Phil. 1. 53.
Qui... de creditoribus eius plurimum servet. Leg. 2. 48.

Apponit *de suis canibus quendam*. Ver. 4. 40. *Cum quodam de* collegis
nostris... ligurrirent. Fam. 11. 21. 3.

In quolibet exemplo de iis. Inv. 1. 76.

Vereor, ne quis *de* populo... arbitretur. Ver. 1. 138. Si quis *de* populo
accessisset. Ver. 1. 150. Si quis *de* nostris hominibus. Flacc. 9. Si qui *de*
nostris. Ac. 1. 4. Si quid *de* Corinthiis tuis amiseris. Tusc. 2. 32. Nescio
quis *de* eis. Clu. 143. Syrum nescio quem *de* grege novitiorum. Pis. 1.

Quis de plebe Romana testimonium dixit? Clu. 137. *De* collegis quis
tandem adfuit? Dom. 117. *De* illis rebus... num quid est, quod...? Div.
2. 10. *Quisnam est... de* tuisne? Marc. 21.

Necque P. Clodius neque quisquam *de* gregalibus eius aut *de* consilia
riis designatur. Har. r. 33. *Quemquid de* Graecis. Leg. 1. 7. *Quae*
quam... de iis, quae in manus meas venerunt. Off. 3. 34. *De* fraternalis
bonis quicquam dari. Ver. 1. 123.

De liberis autem quisquis est... Caec. 57.

Quemris de eis, qui essent idonei. Div. Caec. 16. *De* multis quam
roles Scipionis. Brut. 83.

Iustum *de* superioribus paene *solum* lego. Brut. 125.

Unius cuiusque de varia improbitate generis iudicia apud vos et
exempla profero. Ver. 4. 49.

De duobus honestis utram honestius. Off. 1. 152.

β) De pendet ex numeris :

Missum ab isto seitate esse Messanam *de* legatis *unum*. Ver. 4. 18.
De privatis *uno*. In Sen. 31. *De* praetoribus *uno*. Planc. 78. *Uno de* illis.
Mil. 63. *Unus de* multis. Fin. 2. 66. Off. 1. 109. *De* tribus *unum*. Rep. 3. 23.

Primum de plebe aedilem factum esse dixit. Planc. 58. *Primum de*
illis tribus. Off. 2. 32.

De quibus *duos...* vides. Vat. 16. *Duo de* consularium numero.
Phil. 2. 13.

Id secundum erat de tribus. Or. 30. Habet statum res publica *de* tribus
secundarium. Rep. 1. 65.

De tribus et decem fundis *tres* nobilissimos fundos cum video possi-
dere. Rose. 98.

Multa de suis rebus asportarent. Par. 8. *Multa de* victoribus. Lig. 15.

γ) De pendet ex superlativis :

Magnum est quoddam opus atque haud scio an *de* humanis operibus

longe *marum*. De Or. 2. 72. *De tribus*, quae proposui, hoc est *entre-*
num. Phil. 7. 21. Qui ei *de parcidis audacissimi* videbantur. Phil. 12.
 19. *De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum*. Fam.
 16. 1. 3. Legatos habes eos, qui ipsi per se habituri sint rationem
 dignitatis suae; *de quibus honore... praestat* Tubero. Quint. fr. 1. 1. 10.
 In lege est, ut *de ritibus patriis colantur optima*. Leg. 2. 40. *Minima de*
malis. Off. 3. 102, 103.

δ) *De pendet ex substantivis :*

Ut de suis commodis aliquam partem velit committere. Quinc. 38. *Ut*
aliquam partem de istius impudentia reticere possim. Ver. 1. 32. *De*
Heracli hereditate, quam palaestratis concessisset, multo maximam par-
tem ipsum abstulisse. Ver. 4. 139.

Haec tria exempla sola sunt, quae quidem noverim, in quibus
 ipsum nomen substantivum partitionem significet, eaque omnia in
 primis orationibus notandum est deprehendi; ceteri loci minus
 admirationis habent:

Navem tu de classe populi Romani... ausus es vendere? Ver. 1. 87.
Gleba nulla de paternis... possessionibus relinquetur. Ag. 2. 82. Non
 adimi cuiquam *glebam de Sullanis agris*. Ag. 3. 3. *Myoparonem egre-*
gium de sua classe... dederunt. Ver. 1. 86. Cum rex a me *equitatum*
cohortesque de exercitu meo postularet. Fam. 45. 2. 7. *Hominem certum*
misi de comitibus meis. Att. 8. 1. 2. *Remex ille de classe Coponi nonne*
ea praedixit? Div. 2. 114. *Si tabulam de naufragio stultus arripuerit*.
 Off. 3. 89. *Habeatur orator, sed de minoribus*. Opt. gen. 9.

Huc etiam referri possunt ii loci, in quibus et ortus simul et parti-
 tio significatur, v. g.: *Accusator de plebe*. Brut. 131. *Ille de populo*
iudex. Brut. 198. *Hominis de plebe Romana filius*. Ver. 1. 151.
Poëta de populo. Ar. 25. *De populo subscriptor*. Div. Caec. 50, etc.

ε) *De pendet ex verbis :*

De suis bonis ita dat, ut ab iure non beat. Ver. 1. 144. *Dat de luero*.
 Flacc. 91. Bibitur usque dum *de dolio ministretur*. Pis. 67. *De faece*
hauris. Brut. 244. *Praemittebat de stipatoribus suis*, qui scrutarentur
 arculas. Off. 2. 25. *De eo, quod ipsis superat, aliis gratificari volunt*. Fin.
 5. 42. *Quam multi essent de victoribus*, qui te crudelem esse vellent,
 cum etiam *de victis reperiantur!* Lig. 45 (1). Qui *de tabulis publicis*
recitat iis, quae in accusatoris potestate fuerunt, non debet habere auc-
 toritatem. Flacc. 40.

ζ) *De pendet ex toto enuntiato (2) :*

(1) « *De victis* (= *aliqui de victis*) joue le rôle de sujet... C'est là l'origine de notre article pluriel indéfini (« Des vaincus se trouvent, etc. »). » (Riemann, *Syntaxe*, p. 474 et n. 1).

(2) Exempla eius generis multo rariora sunt quam ea omnia, quae antecedunt, et,
 meo quidem iudicio, magis miranda.

Erat in L. Crasso, in L. Philippo multis lepos. *De Graecis autem dulcem et facetum...* Socratem accepimus. Off. I. 108. cf. ib. ; Callidum Hannibalem *er Poenorum, et nostris ducibus Q.* Maximum accepimus facile celare.

Similiter Marcus et Publicius vates cecinisse dicuntur; quo *de* genere Apollinio opera prolata sunt. Div. I. 113. Molestia, afflictatio, desperatio, et si quae sunt *de* genere eodem. Tuse 4. 16. cf. Quae sunt *generis eiusdem*. Fin. 3. 63, Div. 2. 18, Off. I. 7, 31.

Ex his omnibus exemplis illud primum colligi potest. Ciceronem in partitione per hanc praepositionem significanda multo longius quam Caesarem processisse; id quoque clucere opinor hinc usum a Cicerone multo liberius receptum esse quam non nulli grammatici docuerint (1), ita etiam ut inter eum et posteriores scriptores per parvum discrimen in ea re esse videatur.

3) *De nomini materiae praepositum.*

Nomini materiae, de qua quid sit, Caesar numquam. Cicero aliquando praepositionem *de* adicit (2) :

Qui *de* sua pecunia HS DLX milia numeravit. Ver. I. 150. Pecunia praesens solvetur. Quibus *de* bonis? Ver. I. 146. Solitum esse non modo in publico, sed etiam *de* publico convivari. Ver. 3. 103. Tuus apparitor... *de* aratorum bonis praedabitur? Ver. 3. 182. *De* tua pecunia aedicatam esse navem. Ver. 4. 43. Si doces navem *de* tua pecunia aedi ficatam. Ver. 4. 47. Si videor hic... *de* uno isto voluisse cresecere, isto absoluto... *de* multis mihi crescere licet. Ver. 3. 173. Permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniae conficienda *de* (3) vestris vectigalibus. Ag. 2. 33. Cum *de* visceribus tuis et filii tui satis facturus sis, quibus debes. Quint. fr. I. 3. 7. Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, *de* eodem oleo et opera exaravi nescio quid ad te. Att. 13. 38. I. Atticus, qui civitatem conservatam cuperet, pecuniam numeravit *de* suo. Att. 16. 16 A. 3. Fecit idem et saepsit *de* manubiis comitium et forum. Rep. 2. 31. Vinculorum id est aptissimum... quod ex se atque de iis, quae stringit, quam maxime unum efficit. Tim. 13.

Facio praesertim et futurum est cum haec praepositione saepe coniungitur (4) :

(1) V. g. Gelzer, *Saint Jérôme*, p. 342. — On suit qu'en latin la préposition *de* a une signification partitive dans un petit nombre de locutions régulières, comme *alios de multis, hemi de pleno*. Cf. Dräger, p. 628 et p. 379, 2. coll. Cet usage est bien plus étendu à l'époque où écrit saint Jérôme. — Ex 318, qui hoc loco est p. 349 (autantur), locis nullus est nisi fortasse unus et alter (cf. p. 7. 3. et cf. p. 31. 3.) qui facer alio generi dicendi repugnare videatur.

(2) Cf. Hand, II, p. 199; Clairin, p. 93.

(3) *De* : codd., cf. Madvig, Müller.

(4) Riemann, Gelzer (*Gratianus et le mécénat*), p. 219 n. 1 post longa verba praepositionem minus recte usurpari quam ablativum arbitratur : « Cette construction paraît être d'une moins bonne langue que l'ablatif-instrumental. » Id autem iudicium fateor mihi minus probari.

Vetus est *de secura* multo facilius divitem quam patrem familias *fieri* posse. Quinc. 53. In qua (domo) porticum... Q. Catulus *de manubiiis Cimbricis fecit*. Dom. 102. Quid te *facturum de* belua putas? Phil. 8. 13. *De templo carcerem fieri*. Phil. 5. 18. Se ipse adoptaverat et *de Staieno Aelium fecerat*. Brut. 241. Rescribe... quid *de P. Clodio fiat*. Att. 2. 5. 3. Quid eum *facturum putem de* abditis rebus? Ac. 2. 30. Quod is (Panætius) potest *facere vel de iis rebus*, quas illi... certas habuerint, cur id sapiens *de reliquis rebus facere non possit*? Ac. 2. 107. Exsistet, ut *de nihilo quippiam fiat*. Fat. 18. Varenum vinctum adservatum, dum hic ostenderet, quid *de eo fieri* vellet. Fr. A. II. 5.

Exploratum est omnibus, quid *de te futurum sit*. Ver. 5. 164. Tu fac ut sciam, quid *de nobis futurum sit*. Fam. 9. 47. 4. Sin certum est, quid *quaque de re quoque tempore futurum sit*. Div. 2. 24.

IUXTA (1).

Haec vox, non raro a comicis usurpata (2), apud Ciceronem prorsus deest, nisi quod semel in oratione post redditum in senatu (3) scripta legitur, ubi non abest interpolationis suspicio; apud Caesarem contra quinques invenitur, semel vi adverbiali :

Legionem, quae *iuxta* constiterat. B. G. II. 26. 4.

Quater vi praepositionis (4) :

Ad oppidum constituit *iuxtaque* murum castra posuit. B. C. I. 46. 4. Tribunal suum *iuxta* C. Treboni... sellam conlocavit. B. C. III. 20. 1. Ad Pompeium pervenit *iuxtaque* eum castra posuit. B. C. III. 41. 1. *Iuxta* Pompeium muniri iussit. B. C. III. 65. 3.

OB (5).

Ob a veteribus scriptoribus iisque, qui eos sunt imitati (6), saepe usurpatum esse constat. Apud Caesarem vero recte negat E. Wölfflin eam praepositionem usquam nisi in certis quibusdam formulis inveniri, nam et *causae* et *rei* saepe adicitur, ceteris verbis numquam (7). Cicero contra eam non raro usurpavit, saepius etiam, quam Wölfflin et Schmalz docuerunt, eaque in re plurimum a Caesare discrepat.

(1) Cf. Wölfflin, *Archiv*, I (1884), p. 164; Frese, *Beiträge*, p. 69.

(2) V. Hand, III, p. 536, sqq.; Holtze, *Syntaxis priscorum*, I, p. 88.

(3) Me... *iuxta*, ac si meus frater esset, sustentavit. In Sen. 20.

(4) Ex his quattuor exemplis notandum est nullum in *Bello Gallico* deprehendi.

(5) Cf. Wölfflin, *Archiv*, I (1884), p. 161, sqq.; Hand, IV, p. 355, sqq.; Krebs-Schmalz, *Antibarbarus*, II, p. 466.

(6) V. Constans, *De Sermone Sallustiano*, p. 433.

(7) Ubi olim ex deterioribus libris legebatur *ob timorem* (B. C. II. 43. 4), nunc *hoc timore* est restitutum.

1) Ad locum ea praepositio apud Ciceronem interdum pertinet, apud Caesarem numquam :

Mors... *ob* oculos versabatur. Sest. 47. Mors *ob* oculos... versata est. Rab. Post. 39. Cuius (loci) incola... *ob* oculos versabatur. Fin. 3. 3. Nullo posito *ob* oculos simulacro carum rerum. Tim. 37. Cum ignis oculorum cum eo igne, qui est *ob* os offusus, se confudit. Tim. 49.

Animadvertis potest in iis omnibus locis, praeter Timaeum, unam tantum formam sententiae reperiri : *versatur ob oculos*.

2) Vim causalem multo saepius *ob* obtinet (1).

a) Pronominibus neutrīs non numquam praepositum est (2) :

Ut *ob ea*, quae tanta sint, beatus dici iure possit. Fin. 3. 28. Ut opere hominem ab homine *ob id ipsum*, quod homo sit, non alienum videri. Fin. 3. 63. Miseros (puto) *ob id ipsum* quidem, quia nulli sint. Tuse. 1. 11. Miseros *ob id ipsum*, quia non sint. Tuse. 1. 13. Dolorem *ob id ipsum*, quia dolor sit, semper esse fugiendum. Tuse. 3. 93. Lege autem carens civitas estne *ob id* (3) *ipsum* habenda nullo loco? Leg. 2. 12. O rem praeclarām vobisque *ob hoc* refinendam! Cae. 73.

b) Gerundia et gerundiva ubicumque inveniuntur cum hac praepositione coniuncta, de pecunia accipienda aut danda sermo est (4) praeter unum locum, ubi antiqua quadam formula a Cicero referri videtur :

Idem precor ab iisdem diis immortalibus *ob* eiusdem hominis consulatum una cum salute *obtinendum*. Mur. 1.

c) Nomina vero multo saepius liberiusque huic voci adiecta sunt; ex iis autem exemplis, quae plurima sunt, haud scio an inter significationem praepositionis *ob* et *propter* discrimen, quod grammatici (5) ullum esse negant, aliquod emineat. In multis enim sententiis *ob* contentionem aut compensationem quandam ita significat, ut ad vim vocis *pro* propius accedat :

Statua huic *ob rem publicam* intersecto in foro statueretur. Sest. 83. Qui *ob rem publicam* mortem obierant. Phil. 9. 4. Ipsa mors *ob rem publicam* obita honori fuit. Phil. 9. 5. Cum talis vir *ob rem publicam* in

1) In hac significatione verbi tractanda ex orationibus Irontini et libris philosophicis exempla preferim, quippe quae plurimi suppeditat atque H. Meierhat videt.

2) Errore negavit L. Constant. *P. S. et de saltatione*, p. 141, et L. Wölfelin. *Archer. I. I. ob id et ob eis* apud Ciceronem occurre. *I. 8. scilicet ob simile punitum syntaxin iterum ediderat, sed in littera editio ne errare debet* (p. 264).

3) *Id in eodem deest*.

4) V. Snellman. *De Gerunditis*, p. 177, propositum est. Vix. 1. p. 79. et ex libris philosophicis, Fin. 2. 54 et Nat. d. 3. 74; cf. Wölfelin. *op. cit.* p. 168.

5) Wölfelin. *I. I. Schmalz. I. I. K. Reissiger. über die Bedeutung und Freiheit der Präpositionen ob und propter im älteren Latein*, Berlin, 1897.

legatione mortem obierit. Phil. 9. 16. Ut in acie sit *ob rem publicam* interfactus. Fin. 2. 63. Tot tantosque viros *ob rem publicam* interfectos. Fin. 2. 63.

In omnibus his sententiis *pro re publica* rectissime dici poterat, *propter rem publicam* minime.

Accepta pecunia a Dyrrachinis *ob* necem hospitis tui Platoris. Pis. 83. *Ob* vacationem pretium datum. Font. 47, etc. cf. Qui pecuniam *pro* abortione dederit. Clu. 425. Praemiis, quae erant *pro* scelere atque ever-*sione patriae* consecuti. Prov. cons. 43, etc.

Audio, quibus dis violatis expiatio debeatur, sed hominum quae *ob* delicta quaero. Har. r. 21. cf. Ne nunc quidem recordaris nullum esse tantum malum, quod non tibi *pro* sceleribus tuis iam diu debeatur? Ver. 4. 48.

Censores quidem qui magis quam aediles (istos honores habent) ? *Ob* beneficium ? Ver. 2. 437. cf. Ut *pro* tantis eorum in rem publicam meriti honores eis habeantur. Phil. 3. 39.

Exempla eius modi, quae plurima sunt, omnia enumerare longum est et a proposito meo alienum; illud tantum confirmatum volebam praepositionem *ob*, quae in loco significando voci *pro* propior quam voci *propter* esset, etsi vi causali ad huius praepositionis sententiam paulatim deflexisset, non paucas tamen cum illa significationes retinuisse communes.

PER.

Post ea adverbia, quae, quoties quid aliquo temporis spatio factum sit, significant, ei spatio *in* praeponi solet. Semel apud Caesarem, numquam apud Ciceronem (1) *per* pro *in* usurpatum est :

Quod bis *per* biduum equestri proelio superaverim. B. C. II. 32. 12.

POST.

1) Apud Caesarem saepe, apud Ciceronem raro *post* ad locum significandum refertur :

a) Exempla Caesariana septemdecim numerantur :

Quae res... *post* eum quae erant, tuta ab hostibus reddebat. B. G. II. 5. 5. Quod (flumen) esse *post* nostra castra demonstratum est. B. G. II. 9. 3. *Post* eas totius exercitus impedimenta conlocarunt. B. G. II. 19. 3. Germani *post* tergum clamore audito. B. G. IV. 5. 1. Neque *post* tergum hostem relinquere volebat. B. G. IV. 22. 2. Cum *post* se legiones

(1) Apud Ciceronem notandus est usus accusativi : *Semel in diem*. Att. 3. 21. 3. Apud Caesarem olim legebatur : *Quod bis accidit horarum XII spatio*. B. G. III. 12. 1. Recentiores editores iure delent *bis*; de aestu enim incitat sermo est.

viderent. B. G. V. 17. 3. Ne quem *post* se hostem relinqueret. B. G. VII. 11. 1. *Post* tergum hostium legiōnēm ostenderunt. B. G. VII. 62. 6. *Post* eas (fossas) aggerem... extruxit. B. G. VII. 72. 4. *Post* monēm se occultavīt. B. G. VII. 83. 7. Clāmor, qui *post* tergum pugnantilis exītit. B. G. VII. 84. 4. *Post* tergum equitatus cernitur. B. G. VII. 88. 3. *Post* hos opus in orclito a tertia aie fclat. B. G. I. 11. 3. Parthi *post* se relictis. B. C. III. 31. 3. Nāves nostras interiorem in portum *post* oppidū reduxit. B. C. III. 39. 2. Ne... nostros *post* tergum adorirentur. B. C. III. 44. 4. Cohortes quasdam... esse *post* sylvam. B. C. III. 66. 1.

b Apud Ciceronem quattuor locis, quos quidem moverim, haec significatio vocis reperitur (1) :

Quod est litus in insula Syracusia *post* Arethusa fontem Ver. 3. 80. Cum... crucem fixissent *post* urbem in via Pompeia. Ver. 3. 169. Iam in exostra helluatur, antea *post* siparium solebat. Prov. cons. 14. Quod qui dem nuper in columnā ahenea meminimus *post* rostra incisum... fuisse. Bal. 33.

Idem semel apud Servium :

Post me erat Aegina, ante me Megara, dextra Piraeus, sinistra Corinthus. Serv. ap. Cæc. fam. 4. 5. 4 (2).

2 Semel apud Caesarem *post* ordinem significat 3 :

Deum maxime Mercurium colunt... *Post* hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam. B. G. VI. 17. 1. 2.

Hanc tralaticiam significationem Cicero numquam, posteriores autem scriptores saepissime ei voei tribuerunt (4).

PRO.

Praeter praepositionem *de* nulla est, in qua usurpanda Caesar et Cicero tanto opere differant, quam in hac voce *pro*; Caesaris enim religio pristinam vocabuli significationem tuetur et novas plerasque respuit, cum contra Ciceronis facilitas in eas propensius inclinetur.

1 Caesar praepositionem *pro* ad commodum et utilitatem significandam numquam adhibet nisi :

1 Hos locos Schmidz in altera sua editione praeterrimescit. Insgesamt Bedeutung der Präp. *post* ist in klassischer Zeit nicht genau zu treffen, nur ist wenigstens keine Stelle aus ihr bekannt, dagegen findet es sich in der Cass. wiederholt. (Lat. gr. gr., § 116 p. 144). Tres uidevit in terra, p. 262.

2 Hunc locum iniuria Ciceronis Georges (in subiecto) attribuit.

3 Errat igitur Riemann, cum dicit : L'emploi *post* de *post*, pour marquer la périodicité... ne se rencontre pas chez Cicéron ni chez César. (S. Lat., p. 168. n. 2. Idem etiam in Lat. carmine II, p. 303 et in Ludovicus customs. In Sermonis Sall., p. 134) defenditur.

(4) Cf. Hand, IV, p. 489.

a) Cum de pugna agitur aut de periculis subeundis :

Quos cum sic animo paratos videat, ut nullum *pro* sua laude periculum recusent. B. G. VII. 19. 3. Alter *pro* Convictolitave, alter *pro* Coto summis opibus pugnaverant. B. G. VII. 39. 2. Neu *pro* his pugnarent, a quibus... perfugae appellarentur. B. C. II. 28. 2. Ipsiis militibus hor-tantibus neque ullum periculum *pro* salute Caesaris recusantibus. B. C. III. 26. 1.

b) Cum oratio significatur quam pro alio alias tamquam patronus habet :

Pro his (Bellovacis) Diviciacus... facit verba. B. G. II. 44. 1. Petere non solum Bellovacos, sed etiam *pro* his Haeduos, ut... Ib. 5.

2) Ciceroniana exempla huius utriusque usurpationis cum innu-
mera sint, referre non temptabo; inquiram potius, quam longe a
Caesare Cicero processerit.

a) Ubicumque praepositioni contra altera opponenda est, pro a
Cicerone usurpari solet :

Semper *pro* bonis contra improbos senserat. Mil. 5. Hoc... non modo non est *pro* me, sed contra me est potius. De Or. 3. 73. (Iudicia) partim nihil contra Habitum valere, partim etiam *pro* hoc esse. Clu. 88. Ut nos... contra L. Sullae dominantis opes *pro* Sex. Roscio fecimus. Off. 2. 51. Ne quid contra aequitatem contendas, ne quid *pro* iniuria. Off. 2. 71, etc.

*b) In multis etiam aliis sententiis ad utilitatem sive commodum significandum *pro* ita adhibetur, ut proxime ad vim nostrae praepositionis *pour* (1) videatur accedere :*

Cum *pro* vobis ea... reliquissem. Sest. 49. Istis vestris lacrimis de illis recordor, quas *pro* me saepe et multum profudistis. Planc. 104. Cum senatores equitesque Romani flere *pro* me... vetarentur. Quir. 13. Neque eosdem Marcellos *pro* huius periculis lacrimantes aspicere... potui. Sul. 20. Ea erat... summa laus consularium... semper aliquid *pro* re publica aut cogitare aut facere aut dicere. Phil. 8. 30. Licet opera prodesse... vigilantem *pro* re alterius. Off. 2. 67. Cum tantum in consulatu meo *pro* vobis ac liberis vestris ausus essem. Mil. 82. *Pro* uno cive... universum senatum publico consilio mutasse vestem. Sest. 27. Cum tantum ausus sit uestor *pro* mortuo, quid signifier *pro* vivo non esset ausus? Mil. 90. Qui. quod *pro* uno laborarit, id ipsum non obtinuerit. Planc. 73. Quid faceres *pro* innocentे homine et propinquō, cum properter hominem perditissimum atque alienissimum de officio ac dignitate decedis? Ver. a. p. 28. Scitis me ortum e vobis omnia semp̄ sensisse

(1) Alia etiam ex parte cum nostra praepositione conferri potest, in iis dico senten-tiis, ubi idem fere significat, quod *de*: « Etiamsi, cur quidque fiat, ignorem, quid fiat, intellego; *pro* omni igitur divinatione idem, quod *pro* rebus iis, quas commemoravi, respondebo. » Div. 1. 46.

pro *vobis*. Rab. Post. 13. *Pro* *vobis* in dis immortalibus placandis occupata est. Font. 46. Fit sacrificium *pro* populo Romano. Har. r. 37.

c) Illud autem maxime animadvertisendum est etiam ad finem significandum Ciceronem hanc praepositionem adhibuisse, ut per eam iam non cui personae provideretur, sed quae res intenderetur, demonstraret. H. Gölzer, cum eam vocis vim apud Hieronymum deprehenderet, iure mirabatur eam in lexicis et artibus grammaticis praetermitti.¹ : cum autem eadem etiam apud Ciceronem agnoscamur, magis mirandum est eam aut silentio praeteriri aut quasi barbaram notari :

Sacrificio, quod fit *pro* salute populi Romani. Har. r. 42. Senatus vestem *pro* mea salute mutandam censuit. Sest. 26. Sudandum est *in* *pro* communibus commodis. Sest. 439. *Pro* omnibus gentibus, si fieri possit, conservandis aut iuvandis maximos labores molestiasque subire. Off. 3. 23. Quae *pro* salute gentium... gessisset. Fin. 2. 419. Quas *res* *pro* salute rei publicae gessimus. Leg. 3. 26. Ea, quae *pro* rei publicae salute gererentur. Cat. M. 11.

Huc etiam referri potest, paulo tamen diversa sententia :

Gladiatores tu novicios *pro* expectata aedilitate suppositos... immitas? Sest. 78.

Notandum est tamen, quod ex proximis exemplis eluet, a Cicerone *pro* haec vi non solere usurpari, nisi *salus* aut similis aliqua vox consequatur.

SUB.

Sub non raro apud Caesarem ad tempus significandum pertinet.

1) Accusativo praepositum tempus proximum significat fere eadem vi, qua *circiter* (2). Huius usurpationis apud Caesarem octo munerantur exempla :

Sub occasum solis desitterunt. B. G. II. 11. 6. *Sub* vesperum Caesar portas claudi iussit. B. G. II. 33. 1. *Sub* noctem naves solvit. B. C. I. 28. 2. *Sub* lucem hostibus nuntiatur. B. G. VII. 61. 3, cf. V. 38. 3, VII. 60. 1, VIII. 83. 7, B. C. I. 41. 6.

Unum locum Ciceronianum novi :

1 - Il n'y a rien dans Hand ni dans Dräger sur cet emploi si curieux de la préposition *pro*... (Op. I., p. 343). Ex its exemplis, que le fait d'*unum aut alterius* est satisfait : *Pamphili libram pro defensione Originis* (Ad. Ruf. 1. 8. 1-0 *pro* *legentis* *facilitate* *ab ali sermone* *culpatu*. (Op. 64. 11).

2 Cf. Tyrrell ad *Quint.* fr. 2. 1. 1, II, p. 13.

Senatus fuit frequentior, quam putabamus esse posse mense Decembris *sub dies festos*. Quint. fr. 2. 4. 1.

2) Cum ablativo coniunctum *sub* idem fere sonat, quod *in*; duo tales loci apud Caesarem reperiuntur, apud Ciceronem nullus, apud posteriores scriptores plurimi (1) :

De quibus insulis non nulli scripserunt dies continuos *sub bruma* (2) esse noctem. B. G. V. 13. 3. Ne *sub ipsa profectio*nē milites oppidum intrumperent, portas obstruit. B. C. I. 27. 3.

(1) Cf. Schmalz, *Lat. gramm.*, § 437, p. 276.

(2) *Bruma*, codd., edd.: *brumam*, Faern., Meusel.

CAPUT VI

DE PARTICULARUM USU.

DEINCEPS.

Iam dudum iure notatum est vocis *deinceps* non eandem esse vim atque vocis *deinde* aut *posthae*: post multos alios Handius (II, 235) docet « *deinde* esse postea, *deinceps* autem referri ad seriem quandam atque successionem. » Idem etiam in *Antibarbaro* (I, 371) contendit et apud E. Berger (p. 29). Id monitum si ad usum Caesarianum refertur, omni ex parte rectum est neque ullam habet reprehensionis ansam; ex iis enim novem locis (1), quibus apud eum *deinceps* invenitur, nullus est, qui ad id praecptum sit accommodatum. Apud Ciceronem vero aliter res se habet; non nulla enim sunt exempla, quae doctos viros, quos supra memoravi, fugisse videantur :

Habes totum rei publicae statum, qui quidem tum erat, cum has litteras dabam. Velim *avinceps* meliora sint, ad Brut. I, 40, 5. Brevis erit narratio si non ab eo, quo in proxime desitum erit, *deinceps* incipiet. Inv. I, 28 (2). Primum est officium, ut se conservet in naturae statu, *deinceps* ut carent, quae secundum naturam sint pellatque contraria. Fin. 3, 20 (3). Ille *deinceps* equus est, ille canis. Ac. 2, 21.

ET.

Et = etiam.

Num et eandem vim quam *etiam* apud classicos auctores umquam obtinuerit, multum est ac diu disputatum. Nam et Han-

(1) B. G. III, 29, 4, V, 46, 4, V, 40, 4, VII, 3, 2, VII, 23, 4, B. C. I, 25, 8, II, 32, 2, III, 9, 7, III, 36 (33), 1.

(2) Hoc exemplum Handius non neglexit, sed, meo iudicio, non recte est interpretatus (II, 236, 237).

(3) De hoc loco recte Handius II, 237 : « *Deinceps* usurpatur in entia et rebus quae se excipiunt, rebus, praemissō nomine *primum*. In his penē idem est quod *etiam*. » Confert etiam alterum locum Off. I, 38, de quo tamen dubitari potest. Resta quisque C. Pascal *Dictionario*, p. 87 : « *Deinceps* si può però asperare invece di *deinde* in corrispondenza con *primum* (Fin. 3, 6, 20). »

dius II, pp. 499-524¹) copiose hanc verbi sententiam defendit, cum etiam adversarios vehementer reprehenderet (p. 502, sqq.), quod semper ad anacoluthias turbataque sententiarum membra confugarent; Madvigius autem, ut Handium redargueret, ad libros *de Finibus* excusum adiecit (pp. 785-799) « de turbatis et dissolutis orationis connexae, maxime bipartitae, membris ». Anton tandem, in primis suis de arte grammatica *studiis* (1), de eadem re longe lateque disputavit.

Eorum virorum doctorum omniumque ceterorum, qui id disseruerunt, sententias nec defendere nec impugnare conor; id tantum aggredior, ut eius rei exempla, quaecumque potuerim, proferam; inde apparebit, et quantum a Cicerone Caesar in ea re differat, et quid de ipso Cicerionano usu sit sentiendum.

a) Caesarianum exemplum certum est nullum; ubicumque enim et haec vi videtur usurpatum, ibi eam vocem nec consensus codicium tuetur nec editores:

Hostem item et suas copias ex castris eductas instruxerunt. B. G. II. 8. 5. *Et : β;* om. *α,* edd.

Opus esse et ipsos antecedere. B. G. VII. 54. 1. *Et : β,* C. E. Schneider; om. *α,* cett. edd.

A tribunis militum reliquisque sed et equitibus Romanis... equos sumit. B. G. VII. 63. 5. *Sed et : cett. cod.; om. Ashburnhamianus,* edd.

Et ipsos quidem non debere dubitare. B. G. VII. 66. 6. *Et ipsos quidem : α;* *ne ipsos quidem : β,* Meusel.

Labore et perseverantia nautarum et vim tempestatis superari posse sperabat... B. C. III. 26. 3. *Et : cett. cod.; se : Laurentianus,* Hofmann, Kübler; om. Dinter, Holder.

b) Apud Ciceronem loci suppeditant plurimi, quamquam in non nullis codicibus ab editoribus emendati sunt; in iis autem enumerandis ordinem librorum sequar, ut intellegi possit, quid inter eos in ea re sit discriminis. Cum autem non nullae sint conformatio-nes verborum, quae aut saepius occurrant, aut animadversione digniores sint, ut *nam et, sed et, simul et, et ipse,* eae quo facilius agnoscantur, ubicumque occurrerint, non tantum *et, sed utramque* vocem italicis, quae dicuntur, litteris distinguam:

Nam et eum... (2) attentum facias oportet. Inv. 1. 23. *Sicut et ipse...* fecerat. Inv. 2. 7. *Nam et* animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent. De Or. I. 113. Eademque ratione dicantur *et* (3) quos *επιτάσσεις*

1. *Studien*, pp. 26-69.

(2) Friedrich: *nam eum.*

(3) Bake, Friedrich: *ei.*

Graeci nominant idem poëtae. De Or. 1. 217. *Nam et* testimonium saepe dicendum est. De Or. 2. 48. *Quod et* in vobis animum adverte potest. De Or. 2. 98. *Sic et* facile reperiatur. De Or. 2. 319. *Sed et* (1) in nobis inscitia est. Brut. 67. Quamquam enim *et* philosophi qui dam ornate locuti sunt. Or. 62. *Nam et* qui pacana præferunt, non vident... Or. 192. Roseius *et* alia multa... dixit. Quine. 78. *Spes est et* (2) hunc miserum... posse consistere. Quine. 94. Qui *et ipsi* incensi sunt studio. Rose. 48. Ubi tune eras? Romae. Verum quid ad rem? *et* alii multi. Rose. 92. Verum *et* alii multi. Rose. 94. Gere *et* tu tuum bene... Magno *et* tu tuam partem decide. Q. Rose. 32. Utrum dicis Luscio et Manilio an *et* (3) Cluvio non esse credendum? Q. Rose. 43. Erunt, qui *et* (4) in eo quoque audaciam ejus reprehendant. Ver. 1. 11. Quod (5) *et* in Tetti testimonio priore actione interpellavit Hortensius. Ver. 1. 71. *Simul et* istum fore tam improbum non arbitrabantur. Ver. 1. 106. Ex hac iniqüitate istius... *et* (6) illa seclera... faeta sunt. Ver. 2. 50. *Simul et* verebar... Ver. 4. 136. *Simul et* de illo vulnere... multa dixit. Ver. 5. 3 (7). *Simul et* illi spatium ad sese colligendum dedisse. Caec. 6. Tamen *et* (8) *ipsi*... continebuntur. Caec. 58. *Nam et* publi cani... suas rationes et copias in illam provinciam contulerunt. Imp. Pomp. 47. *Simul et* illud quis est qui dubitare debeat? Clu. 10. *Simul et* illud quis est qui dubitet? Clu. 48. *Simul et* illud quam sit iniquum cogitemus. Clu. 133. Qui mihi non idem tribuerit, quod *et* (9) si ades sem. Dom. 85. Quodsi *et* (10) illis... iniuria inimicorum probro non fuit. Dom. 87. *Simul et* illud facit. Prov. cons. 36. *Simul et* vos... admonebo. Bal. 44. Notata a nobis sunt *et* prima illa seclera. Pis. 83. *Simul et* illud tibi spondeo. Fam. 6. 10. 5. *Simul et* illud Asia cogitet. Quint. fr. 1. 1. 34. *Simul et* illud cogita. Quint. fr. 1. 1. 43. Nolo... liberalem me videri, *sed et* (11) te oro. Quint. fr. 1. 2. 11. Id *et* Curtius ita volebat. Quint. fr. 2. 13 (13). 3. *Simul et* illud ostendi. Att. 4. 1. 4. *Simul et* vides, quas acceperim litteras. Att. 5. 21. 4. *Nam et* mea laus apud me plurimum valuit. Att. 7. 1. 6. Cum habeat praesertim *et* (12) *ipse* cohorte triginta. Att. 8. 7. 1. *Simul et* elicere cupio sententiam tuam. Att. 8. 14. 2. Non modo favisse, *sed et* (13) tantam illi pecuniam dedisse. Att. 11. 9. 2. Memini omnino tuas litteras, *sed et* tempus illud. Att. 11. 23. 3. De Philotimo idem *et* ego arbitrabar. Att. 12. 48 (47. 3). Puto con-

1. Bäke, Friedrich; *et al.*

2. Codd.; *et al.*; Klotz, Kayser, Müller; *etiam*; Baiter omittit.

3. Müller; *dine*.

4. Müller; *et al.*

5. Müller; *et quid.*

6. *Et*; om. *Lg.* 42, Müller.

7. *Simul et* forme une expression qui était déjà dans Ennius et que Cicéron a reprise plusieurs fois, particulièrement devant un pronom. Il emploie le mot un peu plus rarement *sed et*, *nisi et*. En dehors de ces locutions, *et* avec le sens exact d'*etiam* ne se trouve que dans des auteurs plus récents. — Thomas. *Extrema illa sententia nihil minus probatur.*

(8) Müller; *et al.*

9. *Et si*; codd., Orelli; *si*; Baiter Halm; *et si*; Müller.

10. *Et*; codd., Orelli; om. Lambin, Baiter Halm; *et*; Müller.

11. Müller om. *et*.

12. Müller; *is*.

13. Müller; *sed etiam*.

scripta habere Offilium omnia; habet *et* Balbus. Att. 13. 37. 4. Quin et (1) maiora contemnimus. Att. 15. 3. 4. Da mihi *et* hoc. Att. 16. 16 C. 10. Itaque *et* sensibus probanda multa sunt. Ac. 2. 99. Inesse necesse est in eo... *et* firmitatem animi. Fin. 1. 40. *Nam et* ille apud Trabeam... dicit. Fin. 2. 13. *Ergo et* probandum. Fin. 3. 27. At *et* morbi pernicio-siores pluresque sunt animi quam corporis. Tusc. 3. 5. Ex hoc *et* illa iure laudantur. Tusc. 3. 28. Itaque *et* Aeschines in Demosthenem invehitur. Tusc. 3. 63. Probe *et* ille. Tusc. 4. 73. Adhibenda curatio est, ut *et* illud, quod cupiat, ostendatur quam leve. Tusc. 4. 74. Adfectus autem animi in bono viro laudabilis, *et* vita igitur laudabilis boni viri, *et* honesta ergo, quoniam laudabilis. Tusc. 3. 47. *Nam et* obsecnas voluptates... in medio sitas esse dicunt. Tusc. 5. 94. Gloriaretur (Epicurus)... se magistrum habuisse nullum. Quod *et* (2) non praedicanti tamen facile crederem. Nat. d. 1. 72. Age *et* his vocabulis esse deos facimus? Nat. d. 1. 83. Quod *et* praeentes saepe di vim suam declarant. Nat. d. 2. 6. *Nam et* perturbatis animis inducuntur. Nat. d. 2. 70. Circumitus solis... quamquam etiam ad mundi cohaerentiam pertinent, tamen *et* spectaculum hominibus praebent. Nat. d. 2. 155. *Ergo et* illud in silice... Castoris equi credis esse? Nat. d. 3. 11. *Et* praedones multi saepe poenas dant. Nat. d. 3. 82. Sors contemnda non est, si *et* (3) auctoritatem habet vetustatis. Div. 1. 34. Narrat enim *et* apud Ennium Vestalis illa. Div. 1. 40. *Nam et* id ipsum vident. Div. 1. 63. *Nam et* natura futura praesentiunt. Div. 1. 111. *Ergo et* ii... cernunt illa profecto. Div. 1. 114. Mittit *et* signa nobis eius generis. Div. 1. 121. Hinc enim illa *et* apud Graecos exempla. Rep. 1. 5. Ubi est, quod *et* vestrae litterae illum laudant. Rep. 3. 8 (ap. August.). *Nam et* Herculi eadem ista porta patuit. Rep. fr. 6 (ap. Lactant.). *Nam et* voluptate capiuntur omnes. Leg. 1. 31. Recta ratio data est, *ergo et* lex, quae est recta ratio. Leg. 1. 33. ... *nam et* in iis expiati sumus. Leg. 1. 40 (4). *Nam et* Athenis... permansit hoc ius. Leg. 2. 63. Erant litterati; *sed et* alii. Off. 1. 133. *Nam et* ordinem sic definiunt. Off. 4. 142. *Nam et* iis fidem habemus, quos plus intellegere quam nos arbitramur. Off. 2. 33.

Ex iis, quos protuli locis, qui sunt omnino sex et octoginta (5), quattuor (6) sunt quibus *et ipse* legatur; septemdecim quibus *nam et*; quibus *simul et* quindecim, *sed et* quinque, *ergo et* quattuor; animadvertisendum est post haec verba saepe inveniri pronomina demonstrativa, in primis frequens est *simul et illud*.

(1) Müller : *vel*.

(2) *Et* : codd.; *ei* : Klotz, Baiter, Müller.

(3) Schütz et Müller del.

(4) Prima sententiae verba desiderantur.

(5) Ex iis septemdecim locos emendat Müller et Friedrich.

(6) Inv. 2. 7, Rosc. 48, Caec. 58, Att. 8. 7. 1; hos vero duos proximos locos emendat Müller. Tria omnino exempla eius sententiae laudat Pascal (*Dizionario*, p. 132); primum (*Att. 8. 7. 1*) supra scripsi; alterum (*Clu. 141*) cum omnium codicum consensu non niteretur, iam dudum correctum est; tertium vereor ut recte Pascal intellexerit, ita enim scriptum legitur : « *Etsi et ipse iudicabam et* fiebam crebro a meis per literas certior.

» (*Fam. 3. 9. 2*).

Alia exempla non nulla referre omisi, in quibus mihi sententia per ~~accusationem~~ manifeste turbata videbatur, verbi causa (1) :

Quaestionibus resistendum est, quod *et* dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persaepe sint... multi *etiam* suam vitam neglexerint. Part. or. 30.

Ita fit, ut *et* observatione notari possit, quae res quamque causam plerumque consequatur... *cademque* causas veri simile est rerum futurorum cerni ab iis, qui... Div. 4. 126.

Quamvis in ea sit *et* senatus... *et* ut sit aliquod etiam populi ius... tamen illud excellit regium nomen. Rep. 2. 43.

Ab augendis hominum utilitatibus... non recesserunt; nam *et* erudi verunt multos... nosque ipsi, quicquid ad rem publicam attulimus... doctrina instructi ad eam... accessimus. Off. 1. 136.

HAUD.

Hanc particulam semel Caesar usurpavit :

Haud scio mirandum sit. B. G. V. 34. 4.

Apud Ciceronem contra non raro occurrit (2) :

1) Saepe cum adiectivis aut adverbii coniungitur :

Haud *deterior*, Leg. 2. 15; *difficilis*, Nat. d. 2. 138, Cat. M. 4; *mediocris*, Rep. 2. 33; *miras*, Tim. 8; *obscurus*, Har. r. 33; *veri similis*, Flacc. 82. *Haud* *facile*, Rep. 1. 6, Off. 3. 110, Cat. M. 83; *ita*, Tim. 21 (3); *mediocriter*, Quine. 43; *multam*, Att. 7. 3. 2; *pauci*, Or. 131, Att. 2. 12. 4, Att. 3. 20. 4, Fam. 7. 1. 3, Fin. 5. 60, Tusc. 1. 99, Leg. 3. 32; *procul*, Cat. M. 43; *satis*, Leg. 2. 43; *unquam*, Tim. 52.

2) Cum pronominibus rarius :

Haud *isdem* *vincitis*, Tim. 47. *Haud* *fere quisquam*, Off. 2. 23.

3) Cum verbis aliquando :

Haud *adsentior*, Leg. 3. 26; *amo*, Att. 14. 12. 2; *contemnunt*, Off. 2. 36; *dubitans*, Mil. 68; *dubitavit*, Rep. 1. 23; *erravero*, Nat. d. 2. 57; *ignoro*, Div. 2. 82; *niteretur*, Cat. M. 82; *placere*, Tusc. 2. 4, Rep. 4. 30; *scio*, Tusc. 5. 34, saepissime praesertim *haud scio an*, v. Gutsche. *De interrogationibus obliquis*, pp. 28-31.

Haud *sane abhorribant*, Leg. 2. 16; *haud sane intellego*, Nat. d. 2. 4, Off. 2. 5; *haud sane requiret*, de Or. 3. 125; *haud erat sane*, Tusc. 3. 2; *haud sane est*, Tusc. 5. 118.

Ea particula multo saepius apud Livium occurrit; v. Kuhnast, p. 350.

1 Ex iis tamen locis duos: Div. 4. 126, Rep. 2. 43. Dreyer II. 31. iis numeris, in quibus *et* idem valet quod *etiam*.

2 Cf. Landgraf, *Vorlesungen*, n. 405.

3 Negat Kuhnast p. 330 et Landgraf I. L. Ciceronem unquam dixisse *haud ita*

NEC, NEQUE.

1) Ante vocales Caesar videtur *nec* numquam, *neque* semper usurpasse. Tres tamen loci dubii sunt :

Neque umquam. B. G. I. 41. 3 : *neque* : B² β, Nipperdey, Dinter, Prammer, Walther, Meusel, Constans ; *nec* : α, Schneider, Frigell, Dübner, Dittenberger, Holder, Whitte, Dosson.

Neque Eburones. B. G. V. 29. 2 : *ne* : *Parisinus II, Riccardianus*; *nec* : *Vindobonensis, Ursinianus*; *neque* : rell. codd., edd.

Neque erat : B. G. VII. 76 : *neque* : α, edd.; *nec* : β.

Ea de causa *necopinans* non dixit, sed *inopinans*, quod apud Ciceronem deest.

2) Eadem formam ante litteras *c*, *g*, *k*, *q*, numquam videtur usurpasse nisi iis tribus locis :

Nec causam. ap. Cic. Att. 10. 8 B. 1. *Nec quemquam.* B. G. I. 20. 2. *Nec quibus.* B. C. III. 83. 4.

Quam utramque regulam quamquam Cicero in particula *ac* servare solitus est, eam in voce *nec* omnino neglexit, ut ex H. Merguet lexicis licet iudicare, nam ut unum tantum aut alterum exemplum afferam, in libris philosophicis *nec enim* saepius quam quinques et vicies (1) invenitur, *nec quisquam* saltem decies (2).

3) Non numquam apud Caesarem, in disiunctionis forma *neque...* *neque*, prior particula vim habet copulativam, ita ut idem sonet *quod et neque* :

Haeduis se obsides redditurum non esse *neque* his *neque* eorum sociis iniuria bellum inlaturum. B. G. I. 36. 5 (3). Quod abesse a periculo viderentur *neque* ulla necessitate *neque* imperio continerentur. B. G. II. 11. 5. Cum tantum repentina periculi... accidisset ac iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur *neque* subsidio veniri *neque* commeatus supportari... possent... B. G. III. 3. 2. Ubi intellexit frustra tantum labore sumi *neque* hostium fugam captis oppidis reprimi *neque* iis noceri posse... B. C. III. 14. 1. Magna vis eorum est et magna velocitas *neque* homini *neque* ferae, quam con-

(1) V. Merguet, II, p. 662, ubi totidem omnino numerantur exempla formae *neque enim*; aliis locis alia exempla formae *nec enim* occurunt, v. g. Fin. 3. 24, etc. cf. Roschatt, *Parenthesen in Cicero. Acta Semin. Erlang.* III, p. 189.

(2) Ac. 1. 35, Tusc. 1. 6, 2. 53, 3. 77, 5. 48, Nat. d. 1. 86, Div. 1. 91, Off. 1. 448, 2. 3, Lae. 54. cf. *nec quicquam*, Clu. 59, Sest. 114, Bal. 33; *nec quid*, Ver. 4. 31, Flacc. 63, Marc. 18, Fin. 1. 47; *nec catulus*, Fin. 3. 48; *nec cogat*, Ver. 2. 41; *nec capiti*, Sest. 120; *nec cernitur*, Mil. 84; *nec committam*, Tusc. 2. 61; *nec cohaerere*, Tusc. 3. 61; *nec cum*, Off. 1. 84; *nec quaero*, Dom. 8; etc.

(3) « Le premier *neque* joue un double rôle, il lie à la phrase précédente et il répond au second *neque*, il équivaut donc à *nec* et à une particule adversative. » (Dosson).

spexerunt, pareunt. B. G. VI. 28. 2. Temeritatem... militum reprehendit, quod sibi ipsi iudicavissent, quo procedendum... videretur, neque signo recipiendi dato constitissent neque a tribunis militum... retineri potuerint. B. G. VII. 52. 2. Nihil de eorum sententia dicturus sum... neque hos habendos civium loco neque ad concilium sedilibendos censeo. B. G. VII. 77. 3. Docent sui iudicij rem non esse; neque se neque reliquos municipes pati posse... B. C. I. 13. 1. Intellegere se divisum esse populum in partes duas. Neque sui iudicij neque suarum esse virium discernerere, ultra pars iustiorem habeat causam. B. C. I. 35. 3. Accidisse igitur his... uti eo recurrant et id cupidissime petant... neque nunc se illorum humanitate neque aliqua temporis opportunitate postulare... B. C. I. 85. 3. Omnia litora a Caesare tenebantur, neque lignandi atque aquandi neque naves ad terram religandi potestas siebat. B. C. III. 15. 2. Cum Furnium nostrum tantum vidisset neque loqui neque audire meo commodo potuisse... ap. Cie. Att. 9. 6 A.

Huius formae sententiae exempla apud Sallustium (1) et Livium (2) occurunt plurima, apud Ciceronem nullum (3), quod sciam.

NL.

Haec vox, a priscis auctoribus saepissime usurpata, apud Ciceronem non raro occurrit neque solum in iis formulis, quas alienas refert (4), sed etiam in ipsa eius oratione :

·Ni socium te sibi esse dictaret. Ver. 3. 137. Quod ni spectare voluisses. Har. r. 22. Quod ni esset patefactum. Sest. 82. Ni Esquilina introisset. Pis. 33. Ni Brutum colligassemus. Phil. II. 28. Ni... purgare me tibi... mallem. Fam. 3. 10. 7. Moriar, ni... puto. Fam. 7. 13. 1. Quod ni ita tenebimus. Tusc. 3. 46. Quod ni fecisset. Div. 2. 32.

Saepissime praesertim occurrit ni ita esset Ver. 3. 149. Phil. 11. 27. Tusc. 5. 18. Nat. d. 1. 77. 2. 4. 2. 32. Leg. 1. 46. Off. 3. 108, cf. ni ita est Leg. 1. 49, ni ita sit Nat. d. 1. 122, ni ita fuisset Cat. M. 35, ni ita se haberet Fin. 3. 66. Tusc. 5. 415, Cat. M. 82, ni ita accideret Cat. M. 67, et ni vererer Ver. 4. 55. Pis. 71, Fam. 6. 6. 4. Off. 2. 67, cf. ni vereretur Phil. 13. 13).

Huc etiam pertinet quidni : De Or. 2. 273, Quine. 79, Ver. 2. 80, Fam. 3. 7. 5, Tusc. 5. 12, Off. 2. 76.

Haec omnia apud Caesarem prorsus desunt.

1 V. Hand, IV, p. 330.

2 V. Drager, § 324, II, p. 86.

3 Cf. Schmalz, § 236, p. 344.

4 Ver. 3. 132, 133, 3. 134, Cae. 45, Leg. 3. 6. 9, Off. 3. 77

PRIUSQUAM.

Prisci scriptores et qui eos imitati sunt non *antequam*, sed potius *priusquam* soliti sunt usurpare (1). Iis adnumerandus est Caesar, apud quem bis *antequam* occurrit, *priusquam* vero sexies et quadragies.

Apud Ciceronem contra, multo saepius *antequam* invenitur quam *priusquam* (2).

QUAM.

In comparatione instituenda, coniunctionem *quam* parce et caute classici scriptores usurpaverunt, posteriores vero ei plurimum indulserunt (3). Eo autem in verbo, ut in multis aliis, Caesar ita religiosum se praestitit ac severum, ut pree eo Cicero paene dissolutus esse videatur.

Nam Caesar *quam* in comparatione significanda numquam adhibuit, nisi post formas comparativas, post verba *malendi* et *praestandi*, post adverbia *ante*, *post*, *postea*, semelque post *praeter*. Cicero vero multo longius processit; etenim apud eum occurrit :

Alius (aliter) quam : — In sententia negativa :

Damus operam, ne quid *aliter*, *quam* confirmaverimus, fiat. Inv. 2. 66. Ne *aliter*, *quam* ego velim, meum laudet ingenium. Ver. 2. 24. Clamat Zeno... hominem natum ad nihil *aliud* esse *quam* honestatem. Ac. 2. fr. 20. (ap. August. c. Acad. III. 7. 15) (4). Ceteri loci incerti sunt et a

(1) Cf. Schmalz, § 301, p. 386: Luper, *Sprachgebrauch des Cornelius Nepos*, p. 157; Ilg, *über den Gebrauch von antequam und priusquam bei Caesar*, *Korrespondenzblatt*, 1886, p. 463. Ceterorum scriptorum usus ita declaratur ab N. W. Helm (*The comparative frequency of antequam and priusquam*, *Classical Review*, XIV (1900), p. 262); apud Livium, vocis *antequam* exempla sunt XXV, *priusquam* LII; apud Tacitum, *antequam* XXV, *priusquam* IV; apud Sallustium, *antequam* III, *priusquam* XIV; apud Suetonium, *antequam* X, *priusquam* XVII; apud Plinium iuniorem, *antequam* XVII, *priusquam* III; apud Nepotem, *antequam* I, *priusquam* XXV; apud Boëtium, *antequam* I, *priusquam* V; apud Valerium Maximum, *antequam* X, *priusquam* XXV; apud Velleium Paternulum, *antequam* XXII, *priusquam* II; in Senecae dialogis, *antequam* XXIII, *priusquam* III; apud Eutropium, *antequam* unum, *priusquam* nullum.

(2) In orationibus *antequam* occurrit ter et octogies, *priusquam* quinques et quinquagies; in libris philosophicis, *antequam* bis et quinquagies, *priusquam* bis et vicies.

(3) Apud eos saepe occurrit *aius quam*, *super quam*, *secus quam*; v. Schmalz, *lat. gramm.*, § 298, p. 383.

(4) Recte Müller ad hunc locum (p. XIV): « A Ciceronis consuetudine non uno nomine abhorrire *ad nihil aliud quam honestatem* certum est, Augustinum quidem non magis credo dubitasse scribere *quam honestatem quam ad nihil aliud*. »

plerisque editoribus correcti; v. Seyffert Müller, *Lithras*, p. 129; Anton. *Studien* (1891), pp. 43-47; Müller, *Civ. rit.*, II, p. LXI.

— In sententia confirmativa :

Translatum est, quod *alio* conficit, *quoniam* causae genus postulat. Inv. 1. 26. *Aliud, quoniam* cogelatur, infatum est. Inv. 1. 87 (1). Proinde quasi... si cuius forte pontificis animum... mea sententia offendit, *alio* modo sit constituturus... *quoniam*. Dom. 31. In ea ultima sententia notandum est, quamquam forma sit confirmativa, vim esse negativam.

Apud Caesarem, *alius quam* nusquam occurrit, *alius atque sexies* B. G. III. 9. 7, III. 28. 1, VII. 14. 2, VII. 33. 3, VII. 59. 3, B. C. III. 51. 4, *alius nisi semel* B. G. VII. 77. 45.

Contra quam :

Eum, qui *contra, quam* scriptum sit, aliquid probare velit. Inv. 2. 136. Clamare *contra, quam* deceat et *quoniam* possit. De Or. 2. 86. Alieno tempore et *contra, quam* ista causa postulasset. Cœc. 67. *Contra, quam* tu mecum... egeras. Quint. fr. 1. 1. 2. Cum *contra* fecerint, *quam* polliciti sint. Leg. 2. 41.

Apud Caesarem scriptum legitur *contra atque* bis B. G. IV. 13. 5, B. C. III. 12. 2, *contra quam* numquam.

Extra quam :

Negant sapientem suscepturum ullam rei publicae partem, *extra quam* si eum tempus et necessitas coegerit. Rep. 1. 10.

Infra quam :

Ipsius (stomachi) partes eae, quae sunt *infra quam* id, quod devoratur, dilatantur, quae autem *supra*, contrahuntur. Nat. d. 2. 435.

Postridie quam: v. *infra, pridie quam*.

Praeter quam: apud Ciceronem saepè et *præterquam* occurrit Clu. 105, Cat. 3. 26, Bal. 57, Fam. 3. 7. 1, Div. 2. 69, Div. 2. 74 et *praeter quam* *quod* Dom. 51, Har. r. 41, Fam. 10. 1. 3, Quint. fr. 2. 12 (14). 1, Att. 9. 15. 4, 15. 15. 2, Fin. 5. 61, Div. 2. 28, Leg. 3. 45.

Apud Caesarem vero *praeter quam* videtur semel occurrere 2. B. G. VII. 77. 6.

Pridie, postridie quam :

Hac epistula est *prædicta* data *quam* illa. Att. 3. 8. 2. *Prædicta* *et cum* 3

1. Sic optimi cod. et edd. var.: *alio* *conceditur*, *aliud infatum est*.

2. Locus est unus dubius, B. G. 1. 3. 3: *Praeter quam* (2 B. Meuse) *præster quam* *quod*: 2.

me tu coactus es profiteri. Ver. 3. 77. cf. Att. 3. 11. 6. Læc. 12. Eam (epistulam) mihi Philotimus *postridie*, *quam a te acceperat*, reddidit. Att. 9. 5. 1, cf. Fam. 14. 7. 1, Quint. fr. 2. 7 (9). 2, Ac. 2. 9.

Secus quam. — In sententia negativa :

Neque ipsi *secus* existimant, *quam* nos existimari volumus. Clu. 133. Non *secus* dixi, *quam* si... Scaur. 37. Dulcis... non multo *secus* est ea (patria), quae genuit, *quam* illa quae excepit. Leg. 2. 5.

— In sententia confirmativa :

Si matrem familias *secus*, *quam* matronarum sanctitas postulat, nominamus. Cael. 32. Qui *secus*, *quam* decuit, vixerunt. Div. 1. 63.

Supra quam :

Saepe *supra* feret, *quam* fieri possit. Or. 439. Paulo *supra*, *quam* ad lingua stomachus adnectitur. Nat. d. 2. 136. cf. supra, *infra quam*.

Tam quam :

Nihil *tam* inridet Epicurus *quam* praedictionem rerum futurarum. Nat. d. 2. 162.

Exempla eius modi sexcenta sunt apud Ciceronem, nullum apud Caesarem.

Tantus quam :

Neque *tanta* fortunis omnium pernicies potest accidere, *quam* opinione populi Romani rationem veritatis... ab hoc ordine abiudicari. Ver. 1. 4. Id quidem non *tanti* est, *quam* quod... non sanguine et vulneribus suis crudelissimi inimici mentem oculosque satiavit. Mil. 58. Quid est in vita *tantopere* quaerendum *quam*... id, quod his libris quaeritur? Fin. 1. 11.

Apud Caesarem usquequaque *tantus quantus*, nusquam *tantus quam* occurrit.

Ultra quam :

Longum est, quod pluribus verbis aut sententiis *ultra*, *quam* satis est, producitur. Inv. 1. 26. cf. Tusc. 1. 17, 2. 5.

Cum adverbio numeri tandem *quam* conjunctum est hoc loco : *Sexiens tanto*, *quam* quantum satum sit. Ver. 3. 102.

QUANDO.

Haec coniunctio apud veteres scriptores saepe vim causalem habet; apud Caesarem autem prorsus deest (1), cum contra apud Ciceronem saltem decies hac significatione reperiatur :

(1) Ab eo non usurpatur, nisi ut adverbium infinitum. Cf. Schmalz, § 305, p. 389. Notandum est quoque *quia* apud eum semel reperiri : B. C. III. 30. 4.

Quando... a Cotta et Sulpicio haec omnis fluxit oratio. Brut. 201. *Quando ergo unus quisque eorum locorum...* sui quaedam habet membra. Top. 26. *Quando* hoc miserius esse nihil potest Att. 9. 43. 8. *Quando* igitur potest tibi P. Geminus Quintus videri Ac. 2. 85. *Quando* ad maiora quaedam... nati sumus. Fin. 5. 21. *Quando* igitur honest in omni virtute cura quaedam. Fin. 5. 67. *Quando* igitur virtus est adfec-
tio animi constans. Tusc. 4. 34. *Quando* enim me in hunc locum deduxit oratio. Nat. d. 3. 43. *Quando* igitur... omnibus causas utriusque generis. Off. 4. 29. Reete facta, *quando* a virtutibus profici-
cuntur, paria esse debent. Par. 22.

QUIN.

Non pauca sunt verba, quibus apud Caesarem *quin* coniunctum sit, apud Ciceronem autem numquam :

Non posse milites *contineri*, *quin...* in urbem intrumperent. B. C. II. 12. 4 (1).

Non *cunctandum* existimavit, *quin* pugna decertaret (2). B. G. III. 23. 7.

Perpaucis... *desideratis*, *quin* cuncti caperentur (3). B. G. VII. 11. 8.

Ut ne *Suessiones* quidem... *detergere* potuerint, *quin* cum his con-
sentirent (4). B. G. II. 3. 5.

Expectari diutius non oportere, *quin* ad castra iretur. B. G. III. 24. 5.

Neque vero Caesarem *sefallit*, *quin* ab iis cohortibus... initium victo-
riae oriretur. B. C. III. 94. 3.

Neque ullum... tempus... *intercessit*, *quin* aliquem... nuntium acci-
peret. B. G. V. 33. 5. Nullum *intercedebat* tempus, *quin...* proeliaren-
tur. B. C. I. 78. 4.

Nullum tempus *intermiscebat*, *quin*. Legatos mitterent B. G. V.
53. 1. Neque ullum fere diem *intermittebat*, *quin...* periclitaretur.
B. G. VII. 36. 4 (5).

Praeterire non potui, *quin...* scriberem ad te. ap. Cie. Att. 9. 6 A.

Germani *retineri* non potuerant, *quin* tela in nostros coicerent. B. G.
I. 47. 2. Aegre sunt *retenti*, *quin* oppidum intrumperent. B. C. II. 13. 4.

Nec iam *aliter sentire*... *quin* paene circumvallati... viderentur. B. G.
VII. 44. 4.

1 Cf. tamen apud Ciceronem : *60-67-88 non potest quod*... *sunt* illi ut Phil. 13.
65 Apud Terentium *autem* : *60 non potest quod*... *61-62*.

